


EPISTULA LEONINA

CCLX

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-CCXXXIX INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR: <http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS. ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM

DUCENTESIMAM SEXAGESIMAM (260)

ARGUMENTA

PRAEFATIUNCULA.....	03-04
EGO NULLUM PUTO TAM MAGNUM TORMENTUM ESSE QUAM CONTINERE.....	05
CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA.....	06
CHRONOGRAMMATA ROESSLERIANA.....	07-08
THESAURUS LATRINITATIS VIVAE GLOSSARIUM SCATOLOGIAE LATINAE ABUNDANTISSIMUM.....	09-79
ECHUS VOCES EPISTULAE (<i>Ansgarius Osloensis</i>)	80-83
CORRIGENDA ET SUPPLENDA.....	84
LIBRI LEONIS LATINI.....	85-88

PRAEFATIUNCULA

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS
AMANTIBUS SAL.PL.DIC.

Cara Lectrix, Care Lector,

DULCE BELLUM INEXPERTIS – sic ERASMUS nobis affirmat sapienter. Gubernationibus occidentalibus, praesertim germanicae cum insint tales politici quales sunt Annalena balbula et baceola et Robertus et Antonius magis lamentantes et indignantes quam cogitantes, qui neque sciunt quid dicant neque quid faciant, tamen multa loquuntur, ardentissima est istorum cupiditas arma in Ucrainiam mittendi. Quibus missis bellum ingravescet et dilatabitur, ut timendum sit ne fiat mundanum idque atomicum. Pauci sunt qui ab armis mittendis dissuadentes moneant, ut inductiae fiant deque pace agatur; qui movent sobriè atque sapienter, sed eorum voces vix audiuntur: Oskar Lafontaine Sahraque Wagenknecht socialistae, Hans-Georg Maassen conservativus. Quid dicit Livius? »Sed ut plerumque fit, maior pars meliorem vicit.« Quidquid agis, prudenter agas et respice finem!

Quid faciamus? Si proeliandum erit, faciam id quod proeliaturi facere solent milites periti: alvum et vesicam exonerabo, sepsis ne fiat ventre glande sclopetariâ vulnerato. En iam iam vèni ad thema hac Epistulâ Leoninâ tractandum: ad alvum et vesicam exonerandas. Iam video te nares corrugare obmurmurantem talem rem indecentiorem esse quam ut tractetur Latinè. Latrinas nimium foetère et sordère, istas a philologi subtilitate atque dignitate esse remotissimas. O care sodalis, ne suspicaris quidem, quam graviter fallaris! Inspice


THESAURUM meum LATRINITATIS VIVAE. Babae! Miraberis, huic gazophylacio pretiosissimo quot insint viri docti et illustres, oratores, musici, poetae, immo, Reges et Imperatores potentissimi!

Ergo, cara Lectrix, care Lector, attende: laetaberis.

*Pancraticê vale et perge mihi favere.
Medullitus te salutat...*

Dr. Nicolaus Groß

Sodalis Academiae Latinitati Fovendae




<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS

Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,

Die Mercurii, 11. m.Maii a.2022



**EGO NULLUM PUTO
TAM MAGNUM TORMENTUM ESSE
QUAM CONTINERE.
HOC SOLUM VETARE NE IOVIS EST.**

PETRONIUS, Satyricon libri 41,9 Trimalchio ad lasanum ...surrexit. id. 47 (Trimalchio) »... Itaque si quis vestrum voluerit sua re causa facere, non est quod illum pudeatur. Nemo nostrum solide natus est. Ego nullum puto tam magnum tormentum esse quam continere. Hoc solum vetare ne Iovis potest. Rides, Fortunata, quae soles me nocte desomnem facere? Nec tamen in triclinio ullum vetuo facere quod se iuuet, et medici vetant continere. Vel si quid plus quam crepitus ventris venit, omnia foras parata sunt: aqua, lasani... et cetera minutalia. Credite mihi, anathymiasis in cerebrum it et in toto corpore fluctum facit. Multos scio sic periisse, dum nolunt sibi verum dicere«.

CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA

Eine weitere Etappe von Fest zu Fest auf dem Chronogrammatischen Jahresweg
2022 – herzlichst, Pe. Herbert Douteil, CSSp.

Zum 8. April, dem **Vierten Ostersonntag – Sonntag des Guten Hirten:**



Lucas Cranach, Angermuseum Erfurt

2022* **IesVs DIXIt**: ego **sVM** tot**Is** pastor bon**Vs**, fons, porta, **LVX**, pan**Is** **VItae**, resVrre**CtIo** et **VIta**, **VIa** et **VerItas**, **fILIVs** Patr**Is** **CaeLestIs**,**VIItIs** **Vera**, **ReX**, Sa**LVator** fort**Is**, Ser**VVs**.– Jesus sagte: Ich bin für alle der gute Hirt (Jo 10,14), bin Quelle (Jo 4,14), das Tor (Jo 10,7), Licht (Jo 10,14), das Brot des Lebens (Jo 6,48), die Auferstehung und das Leben (Jo 11,25), der Weg und die Wahrheit (Jo 14,6), der Sohn des himmlischen Vaters (Jo 10,26), der wahre Weinstock (Jo 15,1), König (Jo 18.37), starker Erretter (Jo 3,17), Knecht (Mt 20.28). – Die Ich-bin-Worte Jesu

Zum 8. Mai, dem **Muttertag:**

2022* **aVete**, **Matres aMatae**, **In pIetate patIentes**, sap**Ientes**, **Inter nos VIVatIs!** –
Gruß euch, ihr gütigen, geduldigen, weisen Mütter, lebt hoch unter uns!


2022* **VIVatIs**, q**Vaeso**, **Matres pIae a nobIs sIne fIne aMatae!** – Lobt hoch, so bitte ich, ihr gütigen Mütter, von uns unendlich geliebt!

CHRONOGRAMMA RÖSSLERIANUM

Stanislaw Jewgrafowitsch Petrow (Stanislav Evgrafovič Petrov)

* 7. September 1939 in Tschernigowka bei Wladiwostok
† 19. Mai 2017 in Frjasino bei Moskau

Der Mann, der am 26. September 1983
durch sein besonnenes Verhalten
einen Atomkrieg verhinderte –
ein wahrer Held!



QVIINQVE ANNIS ANTE
XIV KAL. IVNIAS VITA CESSIT
STANISLAVS PETROV
MILES CONSIDERATVS FVIT
ET HEROS TACITVS

MMXXII

Am 19. Mai vor fünf Jahren starb STANISLAW PETROW.
Er ist ein besonnener Soldat gewesen und **ein stiller Held!**


Carl Friedrich Weizsäcker

ab 1916 Freiherr von Weizsäcker

Physiker, Philosoph und Friedensforscher

* 28. Juni 1912 in Kiel

† 28. April 2007 in Söcking am Starnberger See




CAROLVS FRIDERICVS DE VVEIZSAECKER
PRAECLARVS PHYSICVS
AC PHILOSOPHVS TETONICVS
TER QVINQVE ANNIS ANTE VITA CESSIT

MMXXII

Der berühmte deutsche Physiker und Philosoph
CARL FRIEDRICH VON WEIZSÄCKER
ist vor 15 Jahren gestorben.

THESAURUS LATRINITATIS VIVAE




GLOSSARIUM SCATOLOGIAE LATINAE ABUNDANTISSIMUM

ID EST

AURIFODINA VERBORUM LATINORUM
QUAE SPECTANT
AD REQUISITA NATURAE.

IMMENSO LABORE
EX FONTIBUS ABUNDE SCATURIENTIBUS
EXHAUSIT COLLEGIT IN ORDINEM DIGESSIT



LEO LATINUS

PETRONIUS, Satyricon libri 41,9 Trimalchio ad lasanum ...surrexit. **id. 47** (*Trimalchio*) »...Itaque si quis vestrum voluerit sua re causa facere, non est quod illum pudeatur. Nemo nostrum solide natus est. Ego nullum puto tam magnum tormentum esse quam continere. Hoc solum vetare ne Iovis potest. Rides, Fortunata, quae soles me nocte desomnem facere? Nec tamen in triclinio ullum vetuo facere quod se iuvet, et medici vetant continere. Vel si quid plus quam crepitus ventris venit, omnia foras parata sunt: aqua, lasani... et cetera minutalia. Credite mihi, anathymiasis in cerebrum it et in toto corpore fluctum facit. Multos scio sic periisse, dum nolunt sibi verum dicere«.

SENECA, Apocolocyntosis. 4,3 ultima vox eius haec inter homines audita est, cum maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur: »vae me, puto, concacavi me«, Quod an fecerit, nescio; omnia certe concacavit.

SUETONIUS, De viris illustribus: De poetis, cap.XXXIII M. Annaeus Lucanus. Revocatus Athenis a Nerone cohortique amicorum additus atque etiam quaestura honoratus, non tamen permansit in gratia: si quidem aegre ferens, <quod se> recitante subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicto senatu recessisset, neque verbis adversus principem neque factis excitantibus post haec temperavit: adeo ut quondam in latrinis publicis clariore cum crepitu ventris hemistichium Neronis magna consessorum fuga pronuntiarit: *sub terris tonuisse putes.*

SUETONIUS, Divus Claudius 32...Dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret **flatum** crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quendam prae pudore ex continentia repperisset.

ERASMUS, Colloquia Familiaria, Trajecti ad Rhenum 1616, fol.1: »In primo congressu. ...In ructu, crepituve ventris salutare, hominis est plus satis urbani. Sed incivilius etiam eum salutare, qui reddit urinam, aut alvum exonerat«. **id. De civilitate morum puerilium,** Lipsiae et Görlitzii 1741, §50. »Lotium remorari valetudini perniciosum, secreto reddere verecundum. Sunt qui praecipiant ut puer compressis natibus **ventris flatum** retineat. Atqui civile non est, dum urbanus videri studeat morbum accersere. Si licet secedere, solus id faciat. Sin minus, iuxta vetustissimum proverbium: Tussi crepitum dissimulet. Alioqui cur non eadem opera

praecipiant ne aluum deijciant, quum remorari flatum periculosius sit, quam alvum stringere«.

https://de.wikipedia.org/wiki/Skatologische_Literatur

cfr J.M. Adams, *The Latin Sexual Vocabulary*, Baltimore 1982, p.231-250: **APPENDIX: THE VOCABULARY RELATING TO BODILY FUNCTIONS**: Defecation – Urination – Peditio and its alternatives.

https://www.wikiwand.com/en/Latin_obscenity

<http://louamaro.altervista.org/ero/latino.html>



AD REQUISITA NATURAE DISCEDERE

SPARTIANUS, Caracalla 6,6

AD REQUISITA NATURAE EXIRE

AUGUSTINUS, De ord.1,8,22

AD REQUISITA NATURAE PROFICISCI

SALLUSTIUS, Historiae fr. Inc. (54) 20.

AD REQUISITA NATURAE SECEDERE

AMMIANUS MARCELLINUS, 23,6,79.

ALVUS, ALVĪ F.

est pars corporis in animali, stomacho subiecta, in qua sunt intestina, quae cibum ac potionem recipit perque ânnum emittit.

ThLL 1,1801,78-1803,5 iuncturae verbales: *passim apud medicos de alvo movenda sistendave, nonnumquam pro ipsis excrementis...:* CELS.2,3 *alvus rufa est neque foeditate odoris similem alvum sani hominis excedit.* 2,6 *alvus quoque varia pestifera est (2,8).* 2,8 *biliosa alvus. ibid. nigra alvus profluxit (iter.ibid.) 4,26 liquida (iter.ibid.) alia v. in sequentibus. iuncturae frequentiores:* CATO agr.126 *si alvus (alvos ind.cap.) non consistet.* CELS.1,8 *quotiens alvus ei constiterit (cf. 6,11 si alvus nutrici substitit, ducenda est).* PLIN.nat.18,143 *quo (ocino) sistebant alvom bubus.* 22,130 *milio sistitur alvus.* 24,180 *semen vehementius urinam impellit, alvum vomitionesque sistit.* 26,85 *(opp. Ciere).* 27,38 *stomachi alvique fluctiones sistit semen decoctum, et plus 80ies.* AUR.Fronto p.72,7 N. *alvi fluxus constitit.* CATO agr.156,1 *brassica mirifice concoquit, alvum bonam facit (114.157,6).* CATO agr.156,2 *alvum si voles deicere superiorem.* 158.1 *alvum deicere hoc modo oportet. Si vis bene, tibi deicere (158,2).* CELS.2,1 *alvi deiectiones (et bis ibid.6,6,8).* CATO agr.115,1 *id vinum servato, ad alvum movendam.* 114,2 *(bis).* CELS.1,10 *neque movenda alvus.* 2,19. 2,29 COLUM.6,5,1(?). PLIN.nat.20,221. 23,101. AUR.Fronto p.91,19N. *confido salubriter sponte provenisse alvum verno tempore, quom alii consulto movent et machinantur.* GELL.19,4,5 *sanguis et calor in intuma coactus movet plerumque alvom et incitata.* SER.SAMMON.531

alvus it, fluit, sim.: CATO agr.157,7 *ubi ex multo cibo alvus non it.* VARRO Men.200 *certo alvi fluctu.* CELS.1,3 *quibus iuvenibus fluxit alvus, plerumque in senectute contrahitur; quibus in adolescentia fuit adstricta, saepe in senectute solvitur (cf. CIC.nat.deor.2,136 al.) ibid. alvum firmare is, cui fusa, solvere is, cui adstricta est. ...*

citare, ciere, sim.: VARRO rust.1,31,4 *quod citat alvom bubus et ideo iis datur, ut purgentur,* CELS.1,6 *quem... frequenter cita alvus exercet (2,3. 2,8 bis, 3,22).* ...

exonerare

solvere: VARRO rust.2,4,21 *crudum triticum solvit alvom.* CELS.2,1 *auster...alvum solvit. et saepius (resolvere: 1,3 bis cf. 2,7 post alvi longam resolutionem).*

astringere, sim.: CIC.nat.deor.2,136 *tum astringitur tum relaxatur alvus.*

purgare: CATO agr.115,2 *alvum movebit et postridie perpurgabit sine periculo (cf. PLAUT.Rud.589 supra p.1800,47. CIC.nat.deor.2,126 vomitione canes, purgantes autem alvos ibes Aegyptiae curantur.*

ducere: CELS.2,12,1 *crebraque alvi ductione.* 3,4 *ducendo saepius alvum (ibid. Subduxit).* 3,7,1 *ducenda alvus vel aqua vel ptisanae cremore (4,22).* 4,8 *liquanda alvus, interdum etiam ducenda.*

mollire, sim.: CELS.3,12 *cibus...qui mollem alvum praestet (cf. 3,18 servanda alvus est quam tenerrima) COLUM.12,37 vinum...facere ad alvum molliendam...*

levare, exinanire, evacuaire, sim.: VAL.MAX.9,13,2 *ut sibi alvum levare priusquam expiraret liceret (cf. PLIN.nat.28,141).* CELS.6,6,16 *quibus alvus inferiore parte evocanda est (cf. elicere: PLIN.nat.19,80.135).* SEN.dial.7,20,5 *non implere alvum et exinanire. ...*

***ANĀLIS, ANĀLE**

i.q. ad ânnum pertinens.

https://wp-la.wikideck.com/Coitus_analis Coitus **analis** est actus sexualis quo vir penem erectum suum in anum id est culum introducit amantis sui. Ita hoc deliciae solum causa vel ad eiunctiones seminis

in vagina mulieris vitandas fieri potest. Haec consuetudo nempe homophylophilos inter masculos adhibetur.

ANCUNULENTUS, ANCUNULENTA, ANCUNULENTUM

ThLL 2,32,1-2: **ancunulentus**, -a, -um PAUL.FEST.11 ancunulentae feminae menstruo tempore appellantur, unde trahitur inquinamentum. V.

*ĀNILINCTOR, ĀNILINCTORIS M.

i.q. ânilingus; is qui solet ânnum lingere vel lambere.

→CULILINCTUS, →LINGE CULUM

*ĀNILINCTRĪX, ĀNILINCTRĪCIS M.

est ea quae solet ânnum lingere vel lambere.

Talis mulier apparet in picturâ Wikipedianâ: <https://de.wikipedia.org/wiki/Anilingus>

→CULILINCTUS, →LINGE CULUM

*ĀNILINCTUS, ĀNILINCTŪS M.

i.q. linctus âni.

→CULILINCTUS, →LINGE CULUM

In symbolâ Wikipedianâ haec actio falso dicitur “Anilingus” (cfr Cunnilingus); quae formae ambae non spectant ad actionem, sed ad viros agentes vel actores. Hoc rectê indicatur in lexico anglico quod sequitur: <https://www.thefreedictionary.com/anilinctus>: “anilinctus (*eni'liŋktəs*) a less common word for *anilingus*“ et “*cun·ni·lin·gus* (*kŭn'ə-lĭŋ'gəs*) [New Latin, from Latin, he who licks the vulva : *cunus*, vulva; see *(s)keu-* in *Indo-European roots* + *lingere*, to lick; see *leigh-* in *Indo-European roots*.]”. - Secundum **formam verbi Latinam est** → **ânilingus is, qui ânnum lingit (cfr *cunnilingus* est vir *cunnum* *lingens*).** <https://de.wikipedia.org/wiki/Anilingus>

*ĀNILINGUS, ĀNILINGĪ M.

i.q. → ânilingtor, qui ânnum lingit vel lambit.

→LINGE CULUM

Secundum formam verbi Latinam est *ânilingus* is, qui ânnum lingit; actio autem ani lingendi vel lambendi est → *ânilingtor* (cfr *cunnilingus* est vir *cunnum* *lingens*, actio *cunni* lingendi vel lambendi appellatur *cunnilingtor*).

cfr ThLL *cunnilingus*, -i m.

+ĀNITERGIUM, ĀNITERGIŪ N.

est spongia aut similis res, quâ ânus post alvi exonerationem detergetur.

<http://ducange.enc.sorbonne.fr/ANITERGIUM> *Vox ficta, ut facitergium, cuius notio satis patet.*

Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9: Materias congregabat quibus ad requisita naturæ necessaria Fratribus Anitergia ministraret.

ANNALES VOLUSI CACATA CHARTA

CATULLUS *carm.*36. Annales Volusi, cacata carta,/ votum soluite pro mea puella./ nam sanctae Veneri Cupidinique/ vovit, si sibi restitutus essem/ desissemque truces vibrare/ iambos, electissima pessimi poetae/ scripta tardipedi deo daturam/ infelicibus ustulanda lignis./ et hoc pessima se puella vidit/ iocose lepide vovere divis./ nunc o caeruleo creata ponto,/ quae sanctum Idalium Vriosque apertos/ quaeque Ancona Cnidumque harundinosam/ colis quaeque Amathunta quaeque Golgos/ quaeque Durrachium Hadriae tabernam,/ acceptum face redditumque votum,/ si non illepidum neque invenustum est./ at vos interea venite in ignem,/ pleni ruris et inficetiarum./ annales Volusi, cacata carta.

ANTIDIARRHŒICA, ANTIDIARRHŒICŌRUM N.PL.

sunt medicamenta, quibus sistuntur alvi fluctiones.

ĀNUS, ĀNĪ M.

1. *i.q.* ânulus, ânellus, circulus, ornamentum rotundum quod geritur circa digitum, bracchium, crus.

2. *i.q.* ânus posterior, pôdex, cûlus.

Thll 2,200,41-69: ānus, -i m. [*cf. c. hibern. ānne āinne ‘anus’ et ‘πρωκτός’.* Th.] VARRO ling.6,8 ut parvi circuli anuli, sic magni dicebantur circites ani. ISIDOR.nat.6 anum...id est circum. orig.5,36,1.

1 GLOSS. anellus. SERV.Aen.1,269 anus id est anulus. PLAUT.Men.85 compediti anum lima praeterunt. ISID.orig.19,32,1 anuli...per diminutionem dicti a circulis et anis, qui sunt circa brachia et circum crura.

2 GLOSS. δακτύλιος ὁ τῆς ἔδρας, πύγῃ, culus, anum posteriorem. GRAMM.551,41 anus ἡ ἔδρα. (apud PLIN.nat. *vice eius ubique fungitur* sedes, apud CAEL.AUR. sessio, apud CASS.FEL. podex. *cf.* Keller, Gramm. Aufs. p.178. CIC.epist.9,22,2 anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? CELS.5,20,5 ani fissa. 7,30,1 ani vitia. 7,27 ani dolor. 4,22 dolor in ano est. 7,22 ani curationibus. 7,4,4 *fistulae*, quae in ano sunt. 6,18,10 si anus...procidit. 7,30,1 ne... anus suppuret. 4,25 oportet...anum nutrire; cui plura medicamenta idonea sunt: butyrum cum rosa *al.* 7,26,2. digitum... in anum demittit. *ibid.* incidi iuxta anum cutis debet. 5,26,3 venae quae ad anum testiculosque perveniunt. 6,18,7. 7,27. 7,30,3 (*bis*). PHAEDR.4,18,19 odore canibus anum...replet. COLUM.6,6,4 manu per anum *bovis* inserta. 6,30,9 anum *equi* liquida pice oblinunt. SCRIB.LARG.220 ani vitia. 222 tumorem. 223 fissuras. 142 perungendus anus. 114 pastillus...clysterio torminosis immittitur per anum. 118.142.227. PETRON.138 Oenothea...scorteum fascinum ... paulatim coepit inserere ano meo. SER.SAMM.1102 excruciant turpes anum si forte papillae. THEOD.PRISC.eup.foen.81 (tit.)log.100.103 MARC.EMP.11,35. 11,37. 20,93. 30,18. 29,30.46 *et passim*. PLAC.10,4. 11,7. 11,28. ARNOB.in psalm.77 nullus eorum...cuius anus non a muribus roderetur. VULG.I reg.6,5 anos aureos facietis (ἔδρας χρυσᾶς)... similitudines anorum vestrorum 11.7.

derivata: anatus, anulus.

ANUS MENTULA

a Martiali (11,46,6) appellatur mentula anilis, i.e. vetula, infirma, pannucea aut, ut ait Petronius “lorum in aqua”.

APOLLINARIS MEDICUS TITI IMP HIC CACAVIT BENE

Casa della Gemma, Herculaneum.

*AOSMĒTICUM, AOSMĒTICĪ N.

i.q. →*deodorum; remedium odoris mali, substantia, quâ qui foetor tollitur aut saltem deminuitur.*

ASSELLARI, ASSELLOR

ATQUĪ Ē LŌTIŌ EST

SUETONIUS, De vita Caesarum. Vespasianus 22 Reprehendenti filio Tito, quod etiam urinae vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans num odore offenderetur; et illo negante: Atqui, inquit, e lotio est.

AUTOMATUM *CONDOMIŌRUM

<https://de.wikipedia.org/wiki/Kondomautomat>: est automatum, quod adhibetur ad condomia vendenda. Saepe statuitur in foricis.

BALĀTRŌ, BALĀTRŌNIS M.*i.q. glaebula merdae***Forcellini:**

Paul.Diac.p.34.4. Müll. Docet, olim **balatrones** et **blateas** dictas esse bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis eraditur.

cfr Walde-Hofmann, Lateinisches etymologisches Wörterbuch, tom.I, p.108:

„1.**blatea**, -ae f. und **balātrō**, -ōnis „Kotklümpchen“ bei Paul.Fest.34 balatrones et blateas bullas (ballas codd.) luti ex itineribus aut quod de calciamentorum soleis eraditur, appellabant...“

BASIUM DABIT ET CACANTI

MART. 11,98,22 basium dabit et cacanti.

BLATEA, BLATEAE F.

→ *BALATRO*.

BULBITUM, BULBITĪ N. → IMBULBITO*CACA UT POSSIMUS BENE DORMIRE ET PEDICARE NATIS CANDIDAS**

CORP.X4481 (*Capuae in pariete; adversus feminam*) caca, ut possimus bene dormire et pedicare natis candidas.

CACĀTIŌ, CACĀTIŌNIS F.

<https://www.dwds.de/wb/dwb/schisz> Deutsches Wörterbuch von Jacob und Wilhelm Grimm. Lfg. 2 (1894), Bd. IX (1899), Sp. 227, Z. 16.

„**schisz, m.**, zu scheiszen gebildet, wie risz zu reizen: schisz, **cacatio** .. **etiam pro crepitu ventris sumitur** Stieler 1758; schiesz (der), **cacatio** Steinbach 2, 420; einen schisz lassen, **ventris flatum edere** Frisch 2, 171c; (die gans) ist auch den saaten mit dem bissz und mit dem schisz schädlich. Geszner vogelb. übers. von Heuszlin (1582) 56^a; ein züchtiger bürgerlicher schisz **facet. facetiarum** (Pathop. 1645) 28. derb zur bezeichnung einer ganz geringfügigen sache, eines nichts (vgl. wie auch zum folgenden oben scheisz theil 8, sp. 2462): du sollst nicht einen schisz davon bekommen, **ne hilum quidem inde accipies**. Steinbach 2, 420; ...“

CACĀTOR, CACĀTŌRIS M.

est is, qui cacat

ThLL vol.3, col.4, lin.72sq. **cacātor** (-ōris) m. a cacare. CORP.IV suppl.3782 cacator cave malum. 3832. 4586. 5438.



CACATOR CAVE MALUM

CACATOR CAVE MALUM AUT SI CONTEMPSERIS HABEAS IOVEM IRATUM.



CACATOR SIC VALEAS UT TU HOC LOCUM TRA[N]SIA[S]

<http://www.christoph-Ohlig.de/Cacator/cacator.html>: “Unweit des Castellum Aquae in Pompeji findet sich an einem Haus, auf das der über die Porta Vesuvio in die Stadt Eintretende als erstes trifft, ein Wandgemälde mit dieser Inschrift“

CACATOR SIC VALEAS UT TU HOC LOCUM TRANSEAS!

CACĀTRĪX, CACĀTRĪCIS F.

est ea, quae cacat

ThLL 3,4,73sq.: **cacātrīx** (-īcis) CORP.IV2125 (add.p.215) Rom<e cacat>ris (*quae inclusi antiquitus iam erasa sunt*).

CACĀTUM NŌN EST PICTUM

*i.e. non omnis res quae dicitur artificiosa esse, vere talis est. Haec sententiola primo invenitur apud **Gottfried August Bürger**, postea apud **Henricum Heine**.*

*Metaphoram ad rem concretam reduxit **Piero Manzoni**, Italus quidam artifex modernus.*

https://de.wikisource.org/wiki/Prinzessin_Europa: M.Iocosus Hilarius (i.e. **Gottfried August Bürger**), Prinzessin Europa, Neue weltliche hochdeutsche Reime... Göttingen 1778, in stropa 9 carminis, v.60: Doch ihr, Kunstjüngerlein! Mögt meine Melodeien/ Nur nicht flugs nachlalleien./ So leicht lalt sich's nicht 'nein./ Beherzigt doch das dictum:/ 60 **Cacatum non est pictum.** ---

Haec sententiola citatur ab **Henrico Heine** in carmine suo, quod inscribitur "Das ist der Teutoburger Wald". Idem invenitur in libro, c.t. "Album – Deutschland, ein Wintermärchen".

<https://lyricstranslate.com/de/heinrich-heine-das-ist-der-teutoburger-wald-lyrics.html>; Wenn Hermann nicht die Schlacht gewann,/ Mit seinen blonden Horden,/ So gäb es deutsche Freiheit nicht mehr,/ Wir wären römisch geworden! .../ Der Schelling wär ganz ein Seneca,/ Und käme in solchem Konflikt um./ Zu unsrem Cornelius sagten wir:/ "**Cacatum non est pictum.**"

Italus quidam artifex vendidit merdam suam pyxidibus inclusam tamquam artificium pretiosum.

<http://textcluster.de/allgemein/cacatum-non-est-pictum-geschissen-ist-nicht-gemalt-heinrich-heine/>: «**Cacatum non est pictum** (Geschissen ist nicht gemalt – Heinrich Heine) Einen Gipfel künstlerischer Selbstironie erreichte der italienische Konzeptkünstler **Piero Manzoni** mit seiner Aktion „*Merda d’artista*, (*merda artificis*) Künstlerscheisse. Im Jahr 1961 füllte er jeweils 30 Gramm seiner eigenen Exkreme in 90 Blechdosen und verschloss sie geruchsfest. Durchnummeriert, wurden sie zum damaligen Goldpreis von 37 US-Dollar verkauft. Angeblich reagierte Manzoni auf seines Vaters Urteil „Deine Arbeit ist Scheiße“; Marcel Duchamp mit seinen Ready made dürfte als übergroßer Pate im Hintergrund stehen. Übrigens wurden alle Dosen verkauft und sind heute – wie sollte es anders sein – ein Vielfaches wert.



CACĀTURIŌ, CACĀTURĪRE

i.q. cacare velle, cupidum esse cacandi (verbum desiderativum, cfr esurire – edere, micturire – mingere)

ThLL 3,4,75sqq.: **cacaturio**, -iī, -īre [a cacare, Th.] GLOSS.II 95,19 cacaturit χεζητιῶ. CORP.IV suppl. 5242 ubi cacaturiero veniam cacatum. MART.11,77,3 cenaturit Vacerra, non cacaturit.

CACAVI ET CULU NON EXTERSI

inscriptio parietalis in Villa San Marco Stabiensis

CACŌ, CACĀRE

i.q. alvum exonerare

ThLL 3,8,32-66 **caco**, -āvī, -ātum, -āre [cf. c. *hibern.* cacc ‘excrementum’, caccaid ‘cacat’, gr. κάκκη, κακκῶν. Th.] GLOSS.χέζω, ἀφοδεύω. *Habent Atellanae et mimorum auctores, deinde CATULL. et satira inde ab HOR., praeterea medici et INSCR., at deest in comoedia, devitat PLAUT. consulto, v. infra l.64.* [val. cācā, it. cacare, francog. chier, hisp. cagar. M.-L.]

1 intransitive: POMPON.Atell.129 sciunt hoc omnes quantumst, qui cossim cacant. 97 cacandi causa umquam incoxavi nate, 130 decedo cacatum. CATULL.23,20 nec toto decies cacas in anno. HOR.sat.1,8,38 veniat mictum atque cacatum (CORP.IV5241 veniam cacatum). PETRON.71 ne in monumentum meum populus cacatum currat (*sim.* CORP.III1966 [in *Dalmatia*] quisque...non cacaverit aut non miaverit. VI13740 qui hic mixerit aut cacarit. III14599 [in *tegula Moesiae super.*] invidi quii civis hoc [i. huc] cacafit [i. cacabit] CORP.IV3146 (in *pariete latrinae*) Secundus hic cacat (*sim.* IV2075.2416.5244). MART.1,92,11 neque enim est culus qui non cacat olim. 1,37,2 carius ergo cacas. 3,44,8 currenti legis et legis cacanti. 3,89,2 faciem durum, Phoebe, cacantis habes. 9,69,1 cum futuis...soles in fine cacare. 11,98,2 basium dabit et cacanti. 12,61,10 carmina quae legunt cacantes. *Speciatim de puero vel puella adversus pedicatore:* LABER.mim.66 in coleos cacas. CORP.X4481 (*Capuae in pariete; adversus feminam*) caca, ut possimus bene dormire et pedicare natis candidas. *similia* infra l.56.



2 transitive: a *i.q. concacare:* POMPON.Atell.152 hae quaerunt, quod cacent. NOVIUS Atell.6 si vultis quod cacetis copias. *de hominibus adversus pedicatore:* PRIAP.69,4 aestimato, quot pondo est tibi mentulam cacandum. CORP.X8145 (in *muro Pompeiano*) hanc ego cacavi (*sc. mentulam in lapide supra pictam*). *in imagine:* CATULL.36,20 annales Volusi, cacata carta. **b i.q. cacando effundere:** *de bestiis:* PHAEDR.4,25 canes...odorem mixtum cum merdis cacant. PELAGON.308 equi sanguinem meiant aut cacant (ἀφοδεύοντας). **c proverbialiter:** *cacando sibi contrahere:* ISID.orig.12,7,71 proverbium apud antiquos erat, malum sibi avem cacare (*sc. turdelam, de cuius fimo viscus fit; at PLAUT.frg.inc.47 ipsa sibi avis mortem creat, ad proverbium alludens devitat cacare*). v. Otto, *Sprichw.*52. *derivat.:* cacator, cacaturit. *compos.:* concacare.

?CADURDUM?

vox nihili a glossatoribus falso intellecta. v. ThLL s.v. cadurcum.

v. ADAMS. v. Aloisia Sigea.

cfr Nicolas CHORIER, Joannis Meursii Elegantiae Latini Sermonis sive Aloisia Sigaea Toletana De arcanis Amoris et Veneris, Lugduni Batavorum 1757, Colloquium tertium – Fabrica, p.21: **Tullia (de nominibus cunni):** “Nos, honestiori appellatione pudendum appellamus; cujus labra, quibus occluditur, cadurda apud veterem grammaticum legi...”

CAENUM, CAENĪ N.
CGL IV.2171 (ThLL III,98.79 sqq.)

CAMERA NECESSĀRIA
Latham 1965, 65: a.1254

CAMERA PRĪVĀTA
Latham 1965, 65, a.1155.

CANALICOLA, CANALICOLAE M.

CANALIS, CANALIS M.

CARMINA QUAE LEGUNT CACANTES

MART.XII,61,10. Poeta alloquitur Ligurram his verbis: Versus et breve vividumque carmen/ in te ne faciam, times, Ligurra,/ et dignus cupis hoc metu videri./ Sed frustra metuis cupisque frustra./ In tauros Libyci ruunt leones/ non sunt papilionibus molesti./ Quaeras, censeo, si legi laboras,/ nigri fornices ebrium poetam,/ qui carbone rudi putrique creta/ scribit carmina quae legunt cacantes. Frons haec stigmatē non meo notanda est.

CARMINĀTĪVA, CARMINĀTĪVŌRUM N.PL.

CHARTA HYGIĒNICA *i.q. charta, qua ânus abstergetur alvo exoneratâ.*

CHARTA MUNDĀTŌRIA *i.q. CHARTA HYGIĒNICA*

CHARTA *SĒCESSUĀLIS *i.q. CHARTA HYGIĒNICA*

CICERONEM FUISSE FILIUM FULLONIS

https://de.wikisource.org/wiki/RE:Tullius_28 (Friedrich Münzer): "...so wurde auch von Cicero behauptet, er sei in einer Walkerwerkstatt geboren und aufgewachsen (*Plut. Cic. 1, 1f.*), und die Schmährede des **Q. Fufius Calenus bei Dio (XLVI 4, 2f. 5, 1–3. 7, 4)** malt besonders die unsaubern Arbeiten aus, die ‚der Vater Walker‘ und der Sohn zu verrichten gehabt hätten; daß die Grundlage des Gerüchtes nicht nur der Besitz (*Drummann 225f.*), sondern auch der Betrieb eines solchen Gewerbes auf einem Landgut (*s. Gummert o. Bd. IX S. 1456, 33f.*) bildete, ist durchaus möglich (*s. als Gegenstück das Bankgeschäft des Großvaters Octavians o. Bd. XVII S. 1443f/1805f.*)”

CASSIUS DIO 46,4,2sq. 5,1-3.[2] ἐπεὶ πόθεν ἄλλοθεν πεπλουτηκέναι αὐτὸν οἴεσθε, πόθεν μέγαν γεγονέναι; οὐ γάρ που καὶ ὁ πατήρ αὐτῶ ὁ¹ κναφεύς, ὁ τὰς τε σταφυλὰς καὶ [p. 8] τὰς ἐλαίας ἀεὶ ποτε ἐργολαβῶν, ἢ γένος ἢ πλοῦτον κατέλιπεν, ἄνθρωπος ἀγαπητῶς ἔκ τε τούτων - ‘ [3] καὶ ἐκ τῶν πλυνῶν διατρεφόμενος, καὶ καθ’ ἐκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα τῶν αἰσχίστων ἀναπιμπλάμενος. ἐν οἷς αὐτὸς τραφεὶς οὐκ ἀπεικότως τοὺς κρείσσονας αὐτοῦ καὶ πατεῖ καὶ πλύνει, λαιδορίας τισὶν ἐξ ἐργαστηρίων καὶ τριόδων ἐπιτετηδευμέναις χρώμενος. - εἶτα τοιοῦτος αὐτὸς ὢν, καὶ γυμνὸς ἐν γυμνοῖς αὐξηθεὶς, καὶ οἰσπῶτας καὶ ὑσπελέθους καὶ σπατίλας συλλέγων, ἐτόλμησας, ὦ μιαρῶτατε, πρῶτον μὲν τὴν τοῦ Ἀντωνίου ὥραν διαβαλεῖν, ἀνθρώπου καὶ παιδαγωγοῖς καὶ διδασκάλοις κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀξίαν κεχρημένου, ἔπειτα δὲ κατηγορῆσαι ὅτι τὰ Λυκαῖα τὴν πάτριον ἔορτὴν ποιῶν ‘ [2] γυμνὸς ἐς τὴν ἀγορὰν ἐσῆλθεν; ἀλλὰ τί, ὦ πάσαις μὲν ταῖς ἀλλοτρίαις ἐσθῆσι διὰ τὴν πατρῶαν τέχνην ἀεὶ χρησάμενος, ὑφ’ ἀπάντων δὲ τῶν ἀπαντῶντων καὶ γνωριζόντων αὐτὰς ἀποδυθεὶς, ἐχρῆν ποιῆσαι

ἄνθρωπον μὴ μόνον ἰερέα ἀλλὰ καὶ ἡγεμόνα τῶν συνιερέων ὄντα; μὴ πέμψῃ τὴν πομπήν, μὴ ἑορτάσαι τὴν ἑορτήν, μὴ θῦσαι κατὰ τὰ πάτρια, μὴ γυμνωθῆναι, μὴ ἀλείψασθαι' [3] 'ἄλλ' οὐ τοῦτ' αὐτῶν,' φησίν, 'ἐγκαλῶν, ἀλλ' ὅτι τε γυμνός ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ὅτι τοιαῦτα ἐδημηγόρησε.' πάνυ γὰρ πάντα τὰ προσήκοντα ἀκριβῶς ἐν τῷ κναφείῳ μεμάθηκεν, ἵνα καὶ ἀμαρτήματός τινος ἀληθινοῦ αἰσθάνηται καὶ ἐπιτιμᾶν αὐτῷ δικαίως δύνηται. [p. 10]

CASSIUS DIO 7,4

' [4] εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἀναμνήσθητι πῶς μὲν τοῦ Ουἰέρρου¹ κατηγορήσας, καίπερ καὶ ἐκ τῆς τέχνης τι τῆς πατρῴας αὐτῷ παρασχών, ὅτε ἐνούρησας.

CLOĀCA, CLOĀCAE F.

canales sordes, stercora sim. egerentes

ThLL 3,1358,34 **cloāca**, -ae f. [cf. c. *cluere* 'purgare'. Th.]

lin.64sq. 1 *proprie*: *c a n a l e s sordes, stercora sim. egerentes*:

adduntur saepius aliae res similes: ut fossa...via...stillicidia...alveus Tiberis et ripae semita...mare...

a de aedificatione, refectio, purgatione: VARRO ling.5,149 locus palustris fuit in foro antequam cloacae sunt factae

Ducange: <http://ducange.enc.sorbonne.fr/CLOACA>: Latrina, in Chronico Montis-Sereni ann. 1183 : Hi duo in Cloaca, quae erat in extrema parte domus (quae deciderat) mersi sunt. Sepulcrum, in Vita S. Turiavi tom. 3. SS. Julii pag. 618 : Devotis precibus de morte ad vitam revocavit puellam jam alienis ad Cloacam gressibus properantem. les Bénédictins de St. Maur, 1733–1736. [Cloacaria et immunda loca](#), in Vita B. Caroli Comitum Flandriae tom. 1. SS. Martii pag. 207.

CLOĀCĀRIUS, CLOĀCĀRIŪ M.

ThLL 3,1360,6-11: **cloācārius**, -a, -um a cloaca, masc. subst. *i.q. operarius a cloaca*. ... EDICT.Imp.Diocl.7,32..neutr.subst. **cloācārium**, -ī *tributum pro cloacarum usu pendendum*. ULP.dig.7,1,27,3.

<http://ducange.enc.sorbonne.fr/CLOACA> **Cloacarius**, Qui latrinarum Monasterii curam habet, vel ut est in Mamotrecto ad Legendam S. Hyppolyti, *Qui purgat cloacas*. Vita Godefridi Comitum Campebergensis cap. 37: Sed minimum est hoc humilitatis indicium, quod aliquando etiam ad confutandam superbiam nostram silere non possum, se Cloacarium domus nostrae humillima seu extrema servitute dejectus exhibuit. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: Cloacarius, cureurs de chiouerez. Aliud Lat. Gall. ex Cod. 7692: Cloacarius, fesour de privée. Alias [Cloacarius](#), *Δεσμοφύλαξ*, in Glossis MSS. Carceris custos, sed pæsertim carceris istius partis, quam *Bassefosse*, nostri dicunt. [Cloacare](#), *Μιολύνειν*, in Gloss. MSS. apud Vossium.: commaculari quippe et conspurcari dicuntur qui in cloacas labuntur. Festo Cloacare est *inquinare*.

CLŪNĀLIS, CLŪNĀLE

i.q. ad clunem pertinens

Thll 3,1362,1-3: **clūnālis**, -e a 1. clunis. *i.q. ad clunem pertinens*.

AVIEN.Arat.362 qua pedibus regio est clunibus (*opp. Prima ferae vestigia, sc. pedes priores posterioresque*).

CLŪNĒS, CLŪNIUM M./F.PL.

i.q. →nates

ThLL 3,1362,11-1. **clūnis**, -is m. et f. ... (clūnēs) *i.q. nates* (at *opp. nates infra* l.44)

1 *h o m i n u m*: PLAUT.Agroec.frg.1 quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero....LUCIL.330 crisavit ..., ut si frumentum clunibus vannat.LUCR.4,1270 clunibus ipsa viri venerem si laeta retractat *mulier*. HOR.sat.2,7,50 quaecumque *puella* clunibus ...agitavit equum (*sc. virum*) lasciva supinum. PRIAP.19,2 *Teletusa* clunem...movit. MANIL. *Libra (stella)* regit clunes (4,707 colit). CELS.7,29 si clunes os vulvae urguere coeperunt... repellendae sunt. PETRON.21 extortis nos clunibus cecidit. 23 clune agili et manu procaces (cf. IUV.2,21 clunem agitant. GLOSS.V 654,7 *cinaedi*, qui publice clunem agitant). 24 clunibus eum basiisque distrivit. PLIN.nat. 28,78 ire ergo *mulieres*... relectis super clunes vestibus. (lin.43-45) MART.3,58,2 et vultu poteram tuo (Chloe) carere et collo manibusque **clunibusque** et mammis **natusque** cruribusque. 9,47,6 molli rigidam (*sc. mentulam*) clune libenter habes. 11,100,2 clune nudo radat. IUV.6,334 mora nulla...quo minus imposito clunem summittat asello. 6,365 clunem atque latus discunt vibrare magistris *cinaedis*. 11,164 exspectes, ut...ad terram tremulo descendant clune puellae. ARNOB.nat.2,42 clunibus et coxendicibus sublevatis (cf. 7,33). 5,28 huc atque illuc clunes torquet. VEG.mil.1,6 sit ergo adolescens Martio operi deputandus...exilior clunibus. ORIBAS.syn.5,5 *post partum* clunum et pube tenus usque ad umbilicum lana munda loca sunt contegenda....

CLYSMUS, CLYSMĪ M.*i.q. actio alvi → clystēre purgandae*

ThLL 3,1363,82-1364,61 clysmus (-os),-i m., κλυσμός. PAUL.FEST.p.78 (climos codd.) v.p.1364,15. SCRIB.LARG.155 alvus acri clysmo mane trahenda est (194.197 MARCELL.med.25,1).

CLYSTĒR, CLYSTĒRIS M.*est 1.instrumentum, quo medicamentum aliquod liquidum in alvum (aut in aurem) inicitur ad eandem abluendam aut purgandam. 2. medicamentum, quod in alvum (aut in aurem) inicitur.*

ThLL 3,1364,1-33: clyster, -eris m., κλυστήρ. ...

1 i n s t r u m e n t u m: cf. ISID.orig.4,11,3 clyster ...inter ,instrumenta medicorum', addit cod.Alban. ad marg.: clyster est instrumentum, per quod enema iniicitur): CELS.5,28,12 per oricularium clysterem fistulam eluere (6,7,3 al.) 7,27 umor clystere intus adiget. SCRIB.LARG.112 medicamen per clysterem immittitur (SUET.Claud.44. MARCELL. med. 20,13 al.) 200 quae ventrem molliunt... inicere clystere. ...**2 m e d i c a m e n t u m:** SCRIB.LARG.154 per clysterem alvus ducenda ovorum albis temperatum. 179 alvum acri clystere ducere (THEOD.PRISC.log.23 clystere acriore officium ventris cogimus. ...**CLYSTĒRIMŌ, CLYSTĒRIMĀRE***i.q. CLYSTERIZO.*

ThLL 3,1364,34sq. CHIRON.228 clisterimabis cum calda et afronitrio et sale. 681 oleum per ipsum folliculum ulterius clysterimabis.

CLYSTĒRIŌ, CLYSTĒRIĀRE*i.q. CLYSTERIZO.*

ThLL 3,1364,37sq. ...PELAGON.132 equum clysteriabis. CHIRON.218 quem et clysteriabis ex aqua claida et oleo. 291 clysteria per quatruiduo. 396 ut clysterent eos per anum. PS.THEOD.PRISC.ves.vit.3 l.59. DIOSC.5,37 si lac primo quispiam clysteriatus fuerit. ...

CLYSTĒRIUM, CLYSTĒRĪ N.

ThLL 3,1364,44-55: clystērium, -ī n., κλυστήριον. ...PAUL.FEST.p.78 eudiaeon medici extremo in clysterio relinquunt, per quod clysmos ... emittitur. SCRIB.LARG.114 pastillus clysterio immittitur torminosis per anum (MARCELL.med.27,4)...

CLYSTĒRIZŌ, CLYSTĒRIZĀRE*i.q. clystērem inicere alicui.*

ThLL 3,1364,56sq.: clystērizo, -āre [κλυστηρίζειν, cf. κλυστήρ. Th.]

i.q. clysterem inicere alicui: VEG.mulom.1,42,5 clysterizabis etiam ex aqua calida et oleo. 1,45,3 al. PS.THEOD.PRISC.ves.vit.3 si ante dolorem venter minime fecerit..., clysterizari debet (sic b, debetis clisteriare r). CAEL.AUR.acut.2,38,224 Heraclides plebotomat atque clysterizat. 3,4,32 synanchicos clysterizat. 3,17,159 praepotat atque clysterizat. al. Probst.**COECŌSTOMA, COECOSTŌMATIS N.***genus enterostomatis sive âni praeternaturalis, quod ducitur ex intestino caeco.***CŌLŌSTOMA, CŌLŌSTŌMATIS N.***genus enterostomatis sive âni praeternaturalis, quod ducitur ex colo sive intestino crasso.*

COMMIXTUM CAENO STERCULINUM PUBLICUM

PLAUTUS, Persa 406-412: oh, lutum lenonium, / **commixtum caeno sterculinum publicum**, / inpure, inhoneste, iniure, inlex, labes popli / pecuniae accipiter avide atque invidere, / procax, rapax, trahax — trecentis versibus / tuas impuritas traloqui nemo potest — / accipin argentum?

COMPĀGĒS RĒNUM RĒGIS SOLŪTĀS ESSE

i.e. rex terrore correptus minxit, urinam reddidit

VULG. Daniel 5,1-6 Baltassar rex fecit grande convivium optimatibus suis mille et unusquisque secundum suam bibebat aetatem. Praecepit ergo iam temulentus ut afferrentur vasa aurea et argentea quae asportaverat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem ut biberent in eis rex et optimates eius uxoresque eius et concubinae. Tunc allata sunt vasa aurea et argentea quae asportaverat de templo quod fuerat in Ierusalem et biberunt in eis. Rex et optimates eius uxores et concubinae illius. Bibebant vinum et laudabant deos suos aureos et argenteos aereos ferreos ligneosque et lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulae regiae et rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est et cogitationes eius conturbabant eum et **compages renum eius solvebantur** et genua eius ad se invicem collidebantur. exclamavit itaque rex fortiter ut introducerent magos Chaldaeos et aruspices Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis Quicumque legerit scripturam hanc et interpretationem eius manifestam mihi fecerit purpura vestietur et torquem auream habebit in collo et tertius in regno meo erit.

COINQUĪNŌ, COINQUĪNĀRE

COL.8,5,19 plumulaeque...detrhendae, ne stercore coinquinatae durescant. 8,7,2 ne stercore coinquinentur.

CONCACŌ, CONCACĀRE

i.q. in aliquem vel aliquid cacare, aliquem vel aliquid cacando polluere, inquinare

ThLL 4,3,56-60: **concacō**, -āvī, -ātum, -āre. a con et cacare [francog.vet. conchier. M.-L.]

GLOSS. κατέχεσεν. PHAEDR.4,18,11 totam concarunt regiam. SEN.apocol.4 vae me, puto, concacavi me...omnia certe concacavit. LEX Sal.30,2 si quis alterum concagatum clamaverit. PETRON.66 habuimus... senape et catillum concacatum. cf. Heraeus, Sprache des P., p.17.

CŌNFORIŌ, CONFORĪRE

POMPON.64 Conforisti me, Diomedes.

*COPROLAGNIA, COPROLAGNIAE F.

<https://dorsch.hogrefe.com/stichwort/koprolagnie-philie>: gr. κόπρος merda, λάγνος libidinosus.

i.q. libido quae excitatur excrementis humanis propriis aut alienis observandis aut disterendis.

*COPROLALIA, COPROLALIAE F.

<https://de.wikipedia.org/wiki/Koprolalie>: gr. κοπρολαλία koprolalía: κόπρος κόπρος = „stercus, merda“ et λαλώ („loquor“) *i.q. libido morbosa, qua homo loquens non potest quin utatur verbis et locutionibus quae spectant ad res digestorias, praesertim anales et faecales.*

*COPROPHAGIA, COPROPHAGIAE F.

i.q. libido morbosa excrementa comedendi.

<https://en.wikipedia.org/wiki/Coprophagia>: κόπρος, "merda, faeces" and φαγεῖν "manducare".

COSSIM CACĀRE

*i.q. ocquiniscentem, nate incoxantem, genibus flexis cacare. cfr locutionem theodiscam vulgarem eorum, qui in locis structoriis contexunt fila ferrea: "aus dem Knick scheißen"*¹

ThLL 4,1083,67-71: **cozzim** adv. [cf. esse videtur c. con-, ocquiniscere; v. Solmsen, Studien zur lat. Lautgeschichte 31sq. Th.] NON.p.40 cozzim dictum quasi coxim.

i.q. subsidens: POMPON.Atell.129 qui cozzim cacant. APUL.met.3,1 grabattum cozzim insidens *i.q. claudicans:* VARRO Men.471 quom domum ab Ilio cozzim venero (sc. Vlixes).

CREPŌ, CREPĀRE *i.q. crepitum ventris êdere, pêdere magno cum strepitu*

MART.12,77

*cum vult in Capitŏlium venĭre,
sellās ante petit Patercliānās
et pēdit deciēsque vĭciēsque.
sed quamvīs sibi cāverit crepandŏ,
compressīs natibus Iovem salūtat.*

CŪLI CULTOR

cfr Thll s.v. lotiolentus, lin.67sq. – cfr Opelt, Schimpfwörter, p.97,35.

CŪLILINCTOR, CŪLILINCTŌRIS M.**CŪLILINCTUS, CŪLILINCTŪS M.**

CATULL.97 Non (ita me di ament) quicquam referre putavi,/ utrumque ôs an culum olfacerem Aemilio./ Nilo mundius hoc/ nihiloque immundius illud,/ verum etiam culus mundior et melior:/ Nam sine dentibus est. Hoc dentis sesquipedalis,/ gingivas vero ploxeni habet veteris,/ praeterea rictum qualem diffissis in aestu/ meientis mulae cunnus habere solet./ Hic futuit multas et se facit esse venustum,/ et non pistrino traditur atque asino?/ Quem siqua attingit, non illam posse putemus/ aegroti culum lingere carnificis? CATULL 98 In te, si in quemquam, dici pote, putide Victi,/ id quod verbosis dicitur et fatuis./ Ista cum lingua, si usus veniat tibi, possis/ culos et crepidas lingere carpatinas./ Si nos omnino vis omnes perdere, Victi,/ hiscas: omnino quod cupis efficies. ---

1 cfr Ferdinand von Schirach, Verbrechen, München/Zürich 2012, „Das Cello“, p.47: „Er selbst habe...auf den Baustellen geschlafen und ‚aus dem Knick geschissen‘, wie die anderen Eisenflechter.“ i.e. Latinê (cfr EL 223, p.15): „Se ipsum...in locis structoriis dormivisse et »cozzim cacasse«, sicut ceteros ferri textores“.



In Germaniâ notissima est salutatio Equitis Godefridi de Berlichingen asperrima, quae invenitur in Goetheano dramate *“Götz von Berlichingen mit der eisernen Hand”*: *“Vor Ihro Kayserliche Majestät, hab ich, wie immer schuldigen Respect. Er aber, sags ihm, er kann mich im (sic!) Arsche lecken!”* „Er“ hōc loco est archiepiscopus.

Eques Iaxthusanus manu ferrea instructus hac adhortatione inurbanissimâ patefacit se archiepiscopum vehementer aspernari. At de culo sive ano lingendo alii aliter sentiunt, ut apparet ex quadam symbolâ Wikipedianâ, ubi leguntur nonnulli homines hoc facere amoris causâ (<https://de.wikipedia.org/wiki/Anilingus>, v. infra imaginem dextram). Secundum relationem Starrianam (*Starr report*) anilingus sive culilingus omnium famosissimus esse videtur *Vilelmulus (Bill) Clinton* praeses quondam Americae, qui in Officio Ovali (per iocum obscenum appellatur „Oral (sic!) Office“) refertur cum *Linda Lewinsky* habuisse contactum orali-analem. Sed non relatum est, uter horum fuisset activus, uter passivus, i.e. utrum Vilelmulus linxerit an Linda.

(https://upload.wikimedia.org/wikipedia/commons/c/cd/Referral_from_Independent_Counsel_Kenneth_W._Starr_in_Conformity_wit_h_the_Requirement_of_Title_28%2C_United_States_Code%2C_Section_595%28c%29.pdf).

http://academickids.com/encyclopedia/index.php/Anal-oral_contact: „Famously, the [Starr Report](#) made mention of “oral-anal contact” between President [Bill Clinton](#) and intern [Monica Lewinsky](#).^[1] However, no mention was made in the report of who was on the giving and who was on the receiving end of the act.“

CŪLIPILĀRIUS, CŪLIPILĀRIĪ M.

Liber Ordin. S. Victoris Parisiensis MS. cap. 22. de Novitio: *Debet autem ipse Magister diligenter instruxisse eum qualiter se discalceare debeat, vel cooperire, et Necessaria non nisi cooperto capite intrare.*

Adde cap. 37. Hincmarus Opusc. 24: *In mansione in qua degit, caminatum habet et Necessarium.*

Passim Scriptores, Bertholdus Constantiensis ann. 1076. Udalricus lib. 2. Consuetud. Clun. cap. 5. 35. lib. 3. cap. 6. 89. Usus antiqui Ord. Cisterc. cap. 55. 72. 74. 77. 83. 108. Hugo Flaviniacensis in Chron. Vird. pag. 263. Regula Magistri cap. 30. etc. **Loca Necessaria**, apud Gregor. Tur. lib. 1. de Mirac. S. Martini cap. 37. **Locus Necessariorum**, in Chronico Afflegemensi cap. 15. *Domus necessaria*, in Statutis Ordinis de Sempringham pag. 732. et Ord. Praemonst. dist. 1. cap. 14. Chron. Laurishamense ann. 948: *Dormitorium renovavit, aedificium Necessariorum prominens aptavit, etc.*

Sic *Χρεία*, Graeci usurpant pro latrinis: *Χρεία* enim sine adjectione interdum pro **necessitate** redditur. Glossae Graeco-Lat.: *Χρεία, ἐν αἷς ἀποπατοῦμεν*. Apud Artemido. lib. 1. Onirocr. cap. 2: *Καθίζειν εἰς χρεία*. *Desidere exonerandae alvi gratia: ad Necessitatem corporis sui sedere*

in Lege Longob. lib. 1. tit. 16. § 5. Liutpr. 152. (6, 72.) **Ad Necessitatem naturae secedere**, apud Lamb. Schafn. ann. 1076. **Ad officia naturalia secedere**, apud Aurel. Victorem in Caracalla. Etiamnum dicimus, *Faire ses nécessitez*. Palladius in Hist. Lausiaca cap. 28: *Ὁὐκ ἐξῆλθε ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς δι' αὐτὸν, οὐδὲ πρὸς τὴν ἰδίαν χρεία*.

Ado Viennensis in Chron. de Ario: *Divertens post forum Constantini ad causam necessariam, viscera ejus repente simul cum vita effusa sunt.*

Gillebertus Episc. Londinensis in Cantica Canticor. cap. 2. n. 7. de eodem Ario: *Et cum Necessitate ad publica purgatoria pervenisset, etc.*

Computum Stephani *de la Fontaine*, Argentarii Regii incip. 1. Jul. 1351: Pour les couvertures de cinq chaires, etc. et pour cinq Nécessaires enveloppées de cuir, et couvertes de drap par dessus.

In præcedenti Computo, *selles Necessaires* appellantur. Vide [Calciarium](#). Sed et *Necessaria* vocant Statuta Mediolanensia part. 2. cap. 268. **ipsa hominum excrementa**: *De Necessariis in æstate non spatiandis*, id est, deportandis. Vide Gloss. med. Græcit. in voce Χρεία, col. 1759. et Ἀναγκαῖα, col. 66.

P.Carpentier, 1766. ◇ **Ipsa ventris exoneratio**. Liber de Mirab. Romæ ex Cod. Reg. 4188:

Per plurimas enim noctes viderat illum regem ad pedem cujusdam arboris pro Necessario venire. – Infra: Ivit contra cum, qui jam peregerat Necessarium.

P. Carpentier, 1766. [Necessitas](#), Eadem notione, unde nostris *Faire ses necessitez*. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 695: *Quadam Necessitate dictum Johannem cogente pro grossa materia et urina faciendis, in quodam parvo nemore prope dictum iter ivit,... in quo Necessitatem suam prædictam fecit.*

NECESSITĀTĪ PĀRĒRE

Hanc iuncturam verbalem apud Ciceronem invēni et apud Plinium minorem, sed apud antiquos habet, quantum video, semper sensum generalem. CIC.off.2,74 *necessitati parendum est.* - CIC.fam.4,9,2 *Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum.* - PLIN.ep.6,29,7; *Nonnumquam necessitati, quae pars rationis est, parui.* - Ibi nondum inveni significationem specialem, quae est: necessitati parere, i.e. abire vesicam alvumque exoneratum. Eam significationem invenio apud fratres Grimmianos et in Lexico Langenscheidtiano, c.n. PONS: *Deutsches Wörterbuch von Jacob und Wilhelm Grimm. Lfg. 6 (1853), Bd. I (1854), Sp. 1240, Z. 22. bedürfnis, naturae necessitas: ein bedürfnis befriedigen, necessitati parere, operam dare, seine nothdurft verrichten, nd. sin behof don.* - <https://de.pons.com/%C3%BCbersetzung/latein-deutsch/necessitati+parere> <https://de.pons.com/%C3%BCbersetzung/deutsch-latein/austreten> [austreten](#) (i.e. abire ad alvum vesicamve exonerandam) **necessitati parēre**

NEC FOETOR FOETET AMANTĪ

PAUL.NOL.carm.18,343-348 *Pervigili tamen haec dat solamenta dolori,/ ut bubus stabulata suis loca corpore fuso/ pressa superjaceat; nec duro fracta cubili/345/Membra dolent, juvat ipsa injuria; nec situs horret/ sordentis stabuli, quia notum reddit odorem/ dilecti pecoris, nec foetor foetet amanti.*

NEQUE ENIM EST CŪLUS QUĪ NŌN CACAT OLIM

Cestos puer lacrimans queritur Martiali se digito subigitari a Mamuriano. Iste autem pedīco pauperior est quam ut emere possit focum et lēctum et cibum comedendum. Itaque a Martiali monetur ne pedīcet antequam ipse satur sit. Nam culum famelici non esse verum culum, quia non cacet olim (i.e. interdum).

MART.1,92 *Saepe mihi queritur non siccis Cestos ocellis,/ tangi se digito, Mamuriane, tuo./ Non opus est digito: totum tibi Ceston habeto,/ si dest nil aliud, Mamuriane, tibi./ Sed si nec focus est nudi nec sponda grabati/ nec curtus Chiones Antiopesve calix,/ cerea si pendet lumbis et scripta lacerna/ dimidiasque nates Gallica paeda tegit,/ pasceris et nigrae sōlo nidore culinae/ et bibis immundam cum cane pronus aquam:/ non culum, neque enim est culus, qui non cacat olim,/ sed fodiam digito qui superest oculum:/ Nec me zelotypum nec dixeris esse malignum./ Denique pedīca, Mamuriane, satur.*

**NE QUIS AQUAM OLETATO.
SI QUIS OLETARIT MULTA ESTO.**

FRONTIN.aq.97 (e lege incerta) ne quis aquam oletato...si quis oletarit,...multa esto; oletato videtur esse olidam facito.

NERVUS, NERVĪ M.

interdum i.q. mentula

NEUHAUS, Wilhelm: Wilhelm Neuhaus (1675–1740): „Otia parerga“, Gymnasium Hammonense 1725. Epigramma (3, 91 p. 152)

In Quendam.

Quum saturi ventris collecta saburra cloacam

Praecipitante mora, visere forte jubet:

Cum nisu volvis lacerorum frusta librorum,

Nempe legendo cacas, atque cacando legis.

Quantus amor studii! museum est ipsa latrina:

Dum legis et pedis, doctor inde redis.

NŌN MICTUM RETINĒ NEC COMPRIME FORTITER ĀNUM

REGIMEN SANITATIS SALERNITANUM (13.saec.), https://www.digitale-bibliothek-mv.de/viewer/image/PPN769024858/26/LOG_0010/: »(1) Anglorum regi scripsit tota schola Salerni. (2) Si vis incolumem, si vis te reddere sanum, (3) curas tolle graves, irasci crede profanum, (4) Parce mero, coenato parum, non sit tibi vanum (5) surgere post epulas, somnum fuge meridianum, (6) **non mictum retine, nec comprime fortiter anum**: (7) Haec bene si serves, tu longo tempore vives.«

OBSTĪPANTIA, OBSTĪPANTIUM N.PL.

i.q. antidiarroica, medicamenta, quibus sistuntur alvi fluctiones.

OLĒTŌ, OLĒTĀRE

i.q. oleto inquinare

ThLL 9,2,545,23-29: olĕto, -āvī, -āre. [ab 2. oletum. cf. color: colorare, stercus: stercorare. Sch.] olito var.l. CONC., olitarit FRONTINUS.

i.q. oleto inquinare (translate CONC.): FRONTIN.aq.97 (e lege incerta) ne quis aquam oletato...si quis oletarit, ...multa esto; oletato videtur esse olidam facito (secl. Bücheler). CONC.Aquil.a381 Ambr.epist.8,59 p.934 se oletavit (collutavit Migne 62,447, olitavit cod.Paris., v. Kauffmann. Aus d. Schule d. Wulfila 60) perfidia *Palladius haereticus*.

OLĒTUM, OLĒTĪ N.

i.q. stercus humanum

ThLL 9.2, 545,46-50: 2. **olētum**, -ī n. [*ab olere, Sch.*] *i.q. res male olens (de stercore humano):* VERANIUS Paul.Fest.p.203 (= GLOSS.V574,11) sacerdotula in sacrario... fecit oletum. (PAUL.FEST. [= GLOSS.] *ad l. oletum sterco humanum*). PERS.1,112 veto quisquam faxit oletum.
deriv.: oleto.

OLEUM RICINĪ

est medicamentum, quo alvus adstricta solvitur vehementissimē.

OPPĒDŌ, OPPĒDERE

PALINŪRUS, PALINŪRĪ M.

est gubernator Aeneae; Martialis eius nomine graeco utitur ad lusum verborum (gr. παλίην i.q. iterum, οὔρον i.q. urina, lotium).

MART.3,78 Minxisti currente semel, Pauline, carinâ./ Meiere uis iterum? Iam Palinūrus eris.

PANNUS MĒNSTRUĀLIS

PECŪNIA NŌN OLET

https://de.wikipedia.org/wiki/Pecunia_non_olet

PEDICO, PEDICONIS M.

PĒDĪCĀTOR, PĒDĪCĀTORIS M.

PĒDĪCO, PĒDĪCĀRE

PĒDITUM, PĒDITĪ N.

est flatus vel crepitus ventris. Forma verbi est p.p.p. pēdendi.

ThLL: **pēditum**, -ī n. (m.-us /.41). a pedere. GLOSS.II 413, 38 4< noQdrj: -us, hoc -um (II 504, 60 GLOSS. LII Philox.PE 27). [it.peto et var. diai; francog. pet; prov. pet; cat. pet; hisp.pedo; port. peido. cf M.-L. 6358. Battisti-Alessio IV 2880. Wagner II 264. Wartburg VIII 131 sqq. Corominas 2 IV 458. Machado 3 IV 331. St.] [de ANTIDOT.Brux. 35 v. 2.pedum.]

i.q. ventris crepitus: CATVLL.54, 3 subtile et leve -um Li- 4.4 bonis ... displicere vellem tibi. CHAR.gramm. p. 312, 21 (ex Romano) 'trif... significat ... 'crepitum polentarium' (Plaut. Curc. 295), id est -um (cf De Nonno, La gramm. De IV Anon. Bob., 1982, 84 sq.).

PĒDŌ, PĒDERE

i.q. flatum vel crepitum ex ventre ēdere.

ThLL 2. **pēdō**, pepēdī, -ere. [ped- < vet. indogerm.*pezd- (Leumann, 6 (Gramm. 1977, 205), cf. gr. βδέω < *bzd- < *pzd-, πέζις (ic < *pezdi-, germ. flst, russ. bzdet' (Frisk, Gr. etym. Wörterb. 1230, III 168). similis radix *perd- (gr. πέρδομαι) in lingua Latina deperdita est. cf p. 974, 60. 978, 36.

Walde-Hofmann II273. Fo.] inter perf. redupl: CHAR. gramm. p. 318, 24 -o -is pepedi πέδομαι (pepidi var. /.). PHOC. gramm. V 434, 19 PRISC.gramm. II 6?22,22. 460, 3 (testatur mensuram pepedi ut 467, 20 [pepidi var. /.]). 515, 2 (pepidi var. /.). inter verba tertiae coni. EVTYCH. gramm. V 471, 13. supinum non inveniri dicit PRISC.gramm. II 520, 1. gr. respondet πέδομαι CHAR.gramm. p. 318, 24. 469, 18 GLOSS.II 402, 3, ποδῶ GLOSS.II Philox. PE 30.legitur inde ab HOR.,sed vox subauditur apud Cic. fam. 9,7(22,4 (sc. in nom.intercapedo; cf et Quint. inst. 8, 3, 46). [francog. vet.et med. poire; prov. vet. peire; hisp. peer. cf M.-L. 6345. Battisti-Alessio IV 2818. Wartburg VIII120. Corominas 2IV 458. St.]

i.q. crepitem ventris emittere (ad rem cf Adams, Latin Sex. Voc, 1982,249): HOR.sat. 1, 8, 46 (loq. Priapus ficulneus) displosa sonat quantum vesica, pepedi diffissa nate ficus. MART. 4, 87, 4 -ere Bassa solet (10,15[14],10 me coram -ere, Crispe, soles). 7, 18, 9 -ere te mallet (sc quam cunno strepere): namque hoc nec inutile dicit Symmachus. 12, 40, 3 -is, dissimulo. 12, 77, 3 Aethon in Capitolio pepedit. 12, 77, 10 -it deciesque 5 viciesque. GARG. MART.cur. boum 12 medicamentum intestinum ... movit, ut -ere non cesset bos. SCHOL.Iuv. 3, 108 ('si ... crepitem dedit') si -erit (pepedit var. /.). deriv.: peditum, 2. pedum, pepedo. compos.: ob-, suppedo.

PĒNICULUS, PĒNICULĪ M.

i.q. instrumentum, quo quid detergetur vel inducitur

ThLL 10.1.1,1073,44-46: peniculus, -i m. (f. et m. v. infra). A penis (cf. FEST.p.230 penem antiqui codam vocabant... ; et peniculi, quis calciamenta tergentur, quod e codis extremi<s> faciebant antiqui, qui terge<re>nt ea. ...

lin.63sqq.: 1 *i.q. instrumentum, quo quid detergetur vel inducitur* (huc referri potest et l.55,cf.p.1072,3). *Conficitur ex spongia, cf. penicillus (materiam saetarum testatur FEST.l.45, spongiae PAUL.FEST. l.55 [cf. GLOSS.]; liquore satiatur e.g. l.69. p.1074,2; ad rem v. etiam Hug, RE XIX l.497; in comparatione l.69 p.1074,2, in lusu verb. p.1074,6): a vario usu (in medicina p.1074,5, cf.l.72) : PLAUT.Rud.1008 te...itidem quasi peniculus novos exurgeri solet, ... exurgendo quidquid umoris tibist...*

col.1074,6sqq. : apud PLAUT.Men. *in lusu verborum* cum nomine parasi q.e. Peniculus. (*explicatur 77 inventus nomen fecit Peniculo mihi, ideo quia mensam, quando edo, detergeo*)...

PĒNICULUS MUNDĀTŌRIUS

→ PENICULUS SECESSUALIS

PĒNICULUS *SĒCESSUĀLIS

est peniculus, qui in secessu adhibetur ad pelvim sellae familiaricae purgandam.

PĒNIS, PĒNIS M.

i.q. mentula, verpa, fascinus, vas, mutto, mutunium, pipinna, veretrum, membrum virile.

10.1.1,1074,31-1075,75: **pēnis**, -is m. (cf. l.40). [quamquam apud antiquos notione caudae adhibebatur (v. infra l.62sqq. 72sqq. et cf. pēniculus, pēnicillus, pēnītus), tamen fort. e *pes-ni-s (cf. FEST.p.205 pesnis : pen[n]is, nisi pertinet ad penna) ortum esse et cum gr. πέος, ind.vet. pásah < pes-os) 'membrum virile' coniungi potest (Walde-Hofmann II 281). *Ceterum confertur hethit. pi-iš-na ,vir' (Neu-Otten, Indog. Forsch.7,1972,181 sqq.), cuius vocis suffixum item sono formatum est, sed suffixum -ni- praebent etiam pellis <pel-ni- aliaque vocabula partes corporis significantia. Fo.] de origine : FEST.p.230 dictus est forsitan a pendendo, scribitur poenis in codd. Med. aevi,*

e.g. GLOSS.V321,57. *de genere: fem. falso testatur*: Exc.Bob.gramm.I p.553,29 (*interpol.?*) haec penis τὸ αἰδοῖον perperam afferens SALL.p.1075,64. *de formis: nom.* pene GLOSS.III Abol.PE 26.al.; *abl.* peni NAEV.com.102, pene CATULL 15,9. 25,3. SALL.Catil.14,2. HOR.epod.12,8.al. plur. Non nisi PAUL.FEST.p.208. GRAMM.suppl.297,28 renes, penes, dies eqs. (*nisi sing. vel adv. penes intellegere mavis*). *de notione et differentia* (cf. l.61sq.67): PROB.app.gramm.IV199,31sq. Inter paene et pene hoc interest, quod paene adverbium significat, pene vere novissimam (fortissimam var.l.) partem corporis esse demonstrat (*inde* ISID.diff.1,477 turpissima [novissima *var.l.*] pars corporis). GLOSS. αἰδοῖον, πρόσθεμα, κήδαλον. Natura, pudenda vel membrum virile, natura hominum, GLOSS.Corp.p.297 res pudenda 351 natura, pudenda, virilia, al. *Legitur fere singulis vel binis locis apud* NAEV., CALP.hist. (v.l.72), CIC., CATULL, SALL., AUGUSTUM (cf. p.1075,70), HOR.epod., PRIAP.(*quinquies*) FEST.,PHAEDR.,PERS.,MART. (*octies*).IUV., al. (*duodecies* in SCHOL.Iuv.) [*confunditur in codd. cum pes* PHAEDR., 1,29,7 *cum panis* HIER.in Am.2,4 l.110; *restit. pro poena* ARNOB.nat.5,18p.272,4 (cf. l.39), *penus* GLOSS., *falso trad.* PETRON.136,6 vers.2, *pro penes* GLOSS.I Ansil.PE 357. *dub.* CIL IV1618 (prohibeo pen(em) in ma(nu) temptavi, v. *Class. et Mediaev.*39,1988,217sq., προλείπω pen(ates) inma(turus) intellexit (Wordsworth).]

I notione aetatis priscae propria i.q. cauda. *notionem testantur*: CIC.fam.9,22,2 caudam antiqui ‘penem’ vocabant...at hodie ‘penis’ est in obscenis ([cf. infra l.74] *inde* FEST.p.230 [sim. PAUL.FEST.p.208] ‘penem’ antiqui codam vocabant [id est veretrum. Perperam addit GLOSS.Vabba PE 41 sec. notionem sollemnem, cf. ibid. 81]). *exstat unum exemplum, sc. de instrumento pingendi*: NAEV.com.102 lares ludentis peni pinxit bubulo Theodotus (*locum explicat Fest.p.1073,54*).

II notione sollemni et usu inde derivato:

A proprie de membro genitali marium (falso et feminis tribuit SCHOL.p.1075, 19, cf. p.1075,43; *per prosopopoeiam* p.1075,48; *in compar.* p.1075,16):

1 *de colore et usu vocis*: CIC.fam.9,22,2 (antecedentia v.sub I) at vero Piso Frugi in annalibus suis queritur, adulescentes ‘peni deditos’ quod tu nomine (sc. mentulam), ille tectius ‘penem’; sed quia multi, factum est tam obscenum quam id verbum, quo tu usus es. FRONTO p.146,1 (ad SALL.p.1095,54) quod si ita haec verba...dixisset ‘quique pene <manu, ventre>...’ inaudita obscenitas ...appareret (sc. ordine verborum inverso, antea: postremum verbum, quamquam parum pudicum, non indecorum est). AUG.dialect.7 (item ad SALL.) in illo vocabulo (sc. pene) turpitudine rei ...decere verbi significantis operitur, in hoc (sc. mentula) autem sensum utriusque (sc. et vocabuli et rei) deformitas feriret. Vox q.e. penis quamvis obscena tamen minus sordida fuisse videtur quam *m e n t u l a*. cf. CIC. et AUG. supra; *ceterum eo apparet, quod mentula vitatur ab omnibus scriptoribus, cum penis praebeant*. HIST.AUG.l.41 *nec non* SCHOL.Iuv.; *nota etiam usum inscr. Pomp. (penis 2/ mentula 18) et poetarum*: CATULL.penis 2/mentula (M-) 8, HOR.epod.1/-, PRIAP.5/26, PERS.2/-, MART.8/49, IUV.2/- *De aliis syn. et euphemismis, e.g. fascinum, membrum, nervus, veretrum, verpa, v. sub singulis vocibus et Adams, Latin Sex. Voc. : 1982, 9sq. ; cf. André, Vocab. Latin de l’anatomie, 1991, 167sq.*

2 exempla usum illustrantia:

a in universum: α respiciuntur homines: CATULL.15,9 a te metuo tuoque pene infesto pueris..., quem tu qua lubet ...moveto. 25,3 cinaede Thalle, mollior ...pene languido senis ([in serie comparationum]. SER.med.675. cf.l.19). HOR.epod.12,8 amatoris pene soluto indomitam properat vetula rabiem sedare (PORPH.cum penis languit. Falso explicat SCHOL.penam tam mulieris quam viri posuit). PRIAP.37,3 cum penis mihi forte laesus esset (explicatur tabella votiva). antea: pictum...membrum..., unde procreamur, postea: mentulam). PERS.4,35 hi mores! Penemque arcanaque lumbi runcantem populo marcentes pandere vulvas. CE 231,3 (Pompeis) non ideo tenuerunt Vibii in manu sceptrum pro mutunio itidem, quod tu factitas cottidie in manu penem tene(n)s (cf. p.1074,59) MART.2,51,4 si quis nimio pene superbus erit. 3,82,17 *servus domini*

bibentis ebrium regit penem. 6,23,1 stare iubes nostrum semper tibi, Lesbia, penem (postea: mentula). 7,82,1 Menophili penem...fibula vestit (cf. 9.27,12 cuius drauci refibulavit turgidum faber penem. Ad infibulationem spectat et SCHOL.Iuv.6,379 quos circellos tragoedi ...in penem habent, ut coitum non faciant, ne vocem perdant). 10,55,1 arrectum...Marulla penem pensavit. digitis eqs. 11,74,1. Iuv.6,337 omnes noverunt..., quae psaltria penem maiorem, quam sunt duo Caesaris Anticatones, ad Bonam Deam intulerit, sc. Clodius (SCHOL.Iuv.6,369.11,158) 9,43 agere intra viscera penem legitimum (cf. 34 longi mensura...nervi). PORPH.Hor.epod.8,17 ('num minus nervi rigent') cum nihil de hoc adiuvere possit ad erigendum mihi penem. SACERD.gramm.VI 462,3. ARNOB.nat.5,18 p.272,4 *deos Conserentis* scribit Flaccus in *h u- m a n i* penis similitudinem versos obruisse <se> cineri ([*postea: nervis*] 5.28p.286,6 *Bacchus* ramum validissimum ...humani speciem fabricatur in penis figit super aggerem tumuli *amatoris sui* et... insidit [*explicat consuetudinem paganam phallos subrigendi, cf. l.60*]). HIST.AUG.Comm.10,9 habuit et hominem pene prominentem [*prominente pars edd.*] ultra modum animalium, quem onon appellabat (cf.l.51). SCHOL.Hor.epod.8,18 virilem penem fascinum dixit (*aut virilem per abundantiam dixit aut penem et mulieri attribuit ut supra l.19*). SCHOL.Iuv.3,96.6,238 ('praeputia duxit') manu sua penem fricat sibi. 6,375. 6,513 ('obscaeno...minori') minorem penem habet. 9,32. 10,205, MARCELL.med.7,20 ad loca vero pudenda, id est ad penem sive ad podicem. 33,2. 33,35 (*syn. veretrum*). *al.* Est quasi pro persona: PRIAP.83,5 nec viriliter iners senile penis extulit caput (*unde in allocutione* 19 at, o sceleste penis, o meum malum, ...noxiam lues). β *respicitur animal*, sc. asinus (*cf. l.42*): PHAEDR.1,29,7. *asinus* demisso pene. (*v.l. pede*) *ad aprum*: ...simile est hoc rostro tuo.

b est quasi instrumentum libidinis: CALP.hist.40 peni deditus (*v. p.1074,72*) SALL.Catil.14,2 quicumque impudicus adulter ganeo manu ventre pene bona patria laceraverat. PERS.4,48 si facis, in penem quidquid tibi venit (*ludit cum locutione q.e. in mentem venire*). HIER.in Am.2,4 l.110 avarus aurum, gulosus ventrem, libidinosus penem...colit.

c est insigne demonstrans vim genitalem, fertilitatem (cf. l.37sq.): α de phallo Priapi. (cf. infra l.73) : CE 193 (saec.I) custos sepulcri pene dstricto deus Priapus ego sum (cf. l.39) MART.6,16,1 tu qui pene viros terres et falce cinaedos. PRIAP.6,2 sum ligneus ...Priapus et falx lignea ligneusque penis. 18,1. 40,3 pathica cingit...penem tibi, sancte, corona. INSCR.Suppl.epigr.Gr.II 533 (*in tit. biling., sub Priapi herma, saec.III, gr. perit*) <posuit> me Samius utroque in<tuentem, hunc en>ormem penem ut osten<derem orbi>.

β **de phallo miorum:** SCHOL.Iuv.6,65 ('longum') penem ut habent in mimo (*perperam, cum longum adv. sit, v. vol.VII 2, 1643,69sqq.*)

B translate: de homine ipso, sc. pars pro toto: (*cf. mentula vol.VIII 783,17sqq.*): SUET.vita Hor.p.46,1 Augustus Horatium inter alios iocos 'purissimum (putissimum *Lambinus*) pene<m>' et 'homuncionem lepidissimum' appellat (*v. Fraenkel, Horace, 1957, 19 and.4*).

de poculo, sc. formam penis habente: SCHOL.Iuv.2,95 ('vitreo bibit ille Priapo') in vitreum penem; quos appellant drillopotas.

deriv.: peniculus, 3. penitus.

cf. Onom.

Bruun.

PĒNĪTUS, PĒNĪTA, PĒNĪTUM

i.q. (magno) pene praeditus

ThLL 10.1.1,1084,15-28: 3.pēnītus,-a,-um a penis. [*e coni. falsa* PLAUT.Mil.760 offam penitam (*ed.princ., porcinam trad.*)]

i.q. pene praeditus: 1 *respicitur cauda* (*cf. p.1074,61*) in iunctura offa penita: FEST.p.230 penem antiqui codam vocabant; a qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita vocatur. p.242 penitam offam Naevius (com.122) appellat absegmen carnis cum coda

(poenitam *cod.*) ARNOB.nat.7,24 p.371,8 offae non vulgi, set quibus est nomen appellatioque penitae ([*pentinae cod.*, *altera n in rasura*]

offertur deis ut ibid. l.12 offa penita [*pennita trad.*] est cum particula visceris cauda pecoris amputata. 7,25 p.374,12 deis offas reddi penitas, [*redemptas cod.*])

2 *respicitur membrum virile magnum* (*cf.* mentulatus, mutuniatus): TITULUS Mart.9,63 de Phoebio penito philopygista (v. Landgraf, Arch.Lat.Lex.12,1902,462, qui affert etiam 11,51 de Titio penito.) SCHOL.HOR.epod.12,1 ‘barris’: elephantis...aut certe Indis sive Mauris, qui nigri sunt et peniti. **Spoth.**

PERAGERE NECESSARIUM

MIRABILIA ROMA 40 et 39 P.

PĪCA, PĪCAE F.

genus libidinum alienum, insolitum, quales sunt urolagnia, coprolagnia, linctus menstruorum et cunni mulierum gravidarum, cunni post coitum alterius.

cfr Gaston Vorberg, Glossarium Eroticum, Hanau/Main s.a., p.505: „PICA, AE, die Elster, weil diese allerlei verschlingt. +Absonderliche Gelüste, z.B. Urolagnie, Koprolagnie, menstrua et cunnum gravidarum lingere; cunnum post coitum alterius lambere“.

PIPINNA, PIPINNAE F.

parva mentula, nomen membri virilis puerile

ThLL 10.1.2, 2189,43-49: **pipinna**, -ae f. [*apparet esse vocem infantium, de cuius formatione parum liquet: cum pudenda viri saepius comparentur avi, cogites fort. De pipare, 3.pipio,-onis (q.v.); de pi- correpta cf. Sommer, Laut- und Formenlehre,129sq. ; terminatio vocis a pisinnus, genus fem. A mentula possit esse sumptum, v. André, Les mots a redoubl. 1978,66sq. Fo.]*

i.q. m e n t u l a: MART.11,72,1 Drauci Natta sui vocat (vorat *Shackleton Bailey*) pipinnam, collatus cui Gallus est Priapus (*bipinnam var.l.*).

cfr Walde-Hofmann, Lateinisches Etymologisches Wörterbuch, tom.II, Heidelberg 1972, p.309: „**pipinna** ‚parva mentula‘ (Mart.11,72,1): Kinderwort; vgl. nhd. *Pipi machen* (Walde LEW 586), frz. *pipi* ‚Urin‘, *pipine* ‚männliches Glied‘ (Goldberger, Gl.18,52), röm. *pipino* ‚parva mentula‘ (Pisani RIGI.16,69). Zum Bed.-Übergang „Vogel – Penis“ vgl. sard. *kikkiu* ‚Vogel“ neben *kikkia* ‚Penis kleiner Knaben“ (Wagner Stud.122) und *πιπώ* ‚Vögelchen“ *κωκώ* ‚parva mentula‘ (s. unter *pipilo*). – Entlehnung aus dem Griech. wegen der mit Ἡρῖννα, Κύρῖννα übereinstimmenden Bildung (Stowasser ALL.5,191) kommt nicht in Betracht...“

PŌDEX, PŌDICIS M.

i.q. ânus, culus eiusque vicinia

ThLL 10.1.2,2490,54sq.: **podex**, -icis m. [*...derivatum est cum apophonia a radice indogerm.*

**pezd (v.2 pēdo), ita ut notio antiquissima fuerit ‘qui pēdit’...] ...*

lin.69sq. i.q. a n u s , c u l u s eiusve vicinia (sc. hominum praeter p.2491,7 : explicat vel variat in contextu anus p.2491,17sq. 29. dist. nates p.2491,3.8,16; gr. resp. ἔδρα. p.2491,10 δακτύλιος p.2491,23): 1 contextu vario: ...

2 *de podicis officio et morbis (sanandis) sim. :*

a *exempla quaelibet: FULG.aet.mund.p.153,7 deus inicit podicibus tumentia vulnera ([spectat ad 1 reg.5,6sq. ut: SIDON.carm.16,21 turgenti podice] item podex vexatur haemorrhoidibus: CLAUD.carm.min.44,5 turpem pateris iam cano podice morbum. CAEL.AUR.chron.5,4,71). MARCELL.med.30,74 quiddam podici subiectum evocat stercus. 31,26 ad nates vel podicem*

fistulosum (*cf.* 31 tit. ad ani vitia et fistulas podicis...remedia [inde sim. capp.31]). CAEL.AUR.acut.3,17,154 podicem cum spongia obstruendum. Chron.2,1,11 longanone cum sphinctere atque podice paralyti vitiato...lin.26sq.: b per podicem: VINDIC.med.32 p.229,4 fit respiratio etiam per podicem atque intestina ac ventrem. CAEL.AUR.acut.2,9,115 *quiddam* ventositatem...tollit per podicem provocatam. 3,17,141 exitus per podicem venti 3,22,222 per podicem, hoc est per anum. lin.29sq.: 5,10,101 immissis per podicem digitis medici diaet.pass.44 venti per podicem frequentia. 67.gyn. frg.p.148.16 egestio ventositatis per podicem (= ORIBAS.syn.9,45 add. Aa p.362 per podidem. al. Apud eundem: CASS.FEL.46,9 quiddam per podicem ...aegroto iniciendum est. deriv.: podicalis.

Fiedler.

PŌDICĀLIS, PŌDICĀLE

POST PŌMA VĀDE CACĀTUM

i.e. mâla sunt laxativa.

REGIMEN SANITATIS SALERNITATIS (13.saec.), <https://www.digitale-bibliothek-mv.de/viewer/image/PPN769024858/34/>, v.122: Post pira da potum, post poma vade cacatum.

PRO NECESSARIO VENIRE

i.e. venire mictum et cacatum

MIRABILIA ROMAE cap.40 et 39 P.

***PRŌCTOLOGIA, PRŌCTOLOGIAE F.**

i.e. pars medicinae, quae spectat ad ânnum sanandum

***PRŌCTOLOGUS, PRŌCTOLOGĪ M.**

i.e. medicus proctologiae peritus

PRŌFLUVIUM, PRŌFLUVĪ N.

profluvium alvi i.q. diarrhoea. → ALVUS.

PUERI SACER EST LOCUS. EXTRA MEIITE !

PERS.1,114 pingit duos anguis, 'pueri, sacer est locus, extra meiite' (SCHOL.ed.Kurz: mos erat, ut tabernarii cupientes, ne mingerent pueri super stationum suarum angulos, pingerent duos angues. tunc interdicebant micturientibus, ut iuxta locum religionis non mingerent).

PŪRGĀTIŌ, PŪRGĀTIŌNIS F.

PŪRGŌ, PŪRGĀRE

PURISSIMUS PENIS

nomen blandum, quo Augustus imperator usus est ad Horatium poetam appellandum: Suetonius, Vita Horatii: *Praeterea saepe eum inter alios iocos purissimum penem et homuncionem lepidissimum appellat, unaque et altera liberalitate locupletavit.*

PUTEŌ, PUTĒRE

ThLL 10.2.2.,2748,48 puteo, -ere.... (lin.61) i.q. putidum esse...(lin.71sq..) b accedit notio male olendi, foetendi....pteo stercus...et stercore

PUTIDUS, PUTIDA, PUTIDUM

cfr FAUSTUS SABEO Brixianus, Epigrammatum libri quinque, Romae 1556, p.576: “Ad Iulium III. Pont.MAX. Cogor dicere, pandere et tonare,/ Iuli maxime Pontifex, paterque, / quod palatia sacra sunt profana,/ namque haec area dedicata Musis/ unde tu loqueris, cubas, quiescis/ in quâ bibliotheca stat sacrata/ facta est putida, foeda, spurca, foetens/ latrina omnium, et omnium cloaca.”

QUID MISEROS FRUSTRA CUNNOS CULOSQUE LACESSIS?

MART.11,46 Iam nisi per somnum non arrigis et tibi, Maevi,/ incipit in medios meiere verpa pedes,/ truditur et digitis pannucea mentula lassis/ nec levat extinctum sollicitata caput,/ Quid miseros frustra cunnos culosque laccessis? / summa petas: illic mentula vivit anus.

Adnotatio (LL): «ānus mentula» est vetula sive pannucea mentula.

QUID QUOD MIHI VITĀ CARIOR EST IPSĀ MENTULA?

IMPERATOR AUGUGUSTUS apud Martialem 11,20 Caesaris Augusti lascivos, livide, versus/ sex lege, qui tristis verba Latina legis:/ ‘Quod futuit Glaphyran Antonius, hanc mihi poenam/ Fulvia constituit, se quoque uti futuam./ Fulviam ego ut futuam? Non puto, si sapiam./ “Aut futue, aut pugnemus” ait. Quid quod mihi vitā/ carior est ipsā mentula? Signa canant!’/ Apsolvis lepidos nimirum, Auguste, libellos,/ qui scis Romana simplicitate loqui.

QUID VELLIS VETULUM LIGEIA CUNNUM?

MART.10.90 Quid vellis vetulum, Ligeia, cunnum?/ Quid busti cineres tui laccessis?/ Tales munditiae decent puellas -/ nam tu iam nec anus potes videri -;/ istud, crede mihi, Ligeia, belle/ non mater facit Hectoris, sed uxor./ Erras si tibi cunus hic videtur,/ ad quem mentula pertinere desit./ Quare si pudor est, Ligeia, noli/ barbam vellere mortuo leoni.

QUISQUE IN EO VICO NON CACAVERIT AUT NON MEIAVERIT HABEAT ILLAS PROPITIAS

CIL III 1966 quisq(ue) in eo vico . . . non cacaverit aut non miaverit, habeat illas propitias.

RĒCTUM

→ INTESTINUM RECTUM

RĒNĀLIS, RĒNĀLE

i.q. ad → RENES spectat.

RĒNĒS, RĒN(I)UM M.PL.

gr. νεφροί, sunt viscera duo utrimque lumbis inhaerentia, formâ fabarum, quae urinae secernendae deserviunt.

Forcellini (<http://lexica.linguax.com/forc2.php?searchedLG=RENES>):

RĒNES, num, m. plur. 3. De Genit. plur. et Recto sing. V. sub 1. b. et c. - Ratione habita etymi, vox conjungenda videtur cum Gr. φρήν, φρενός, φρένες. - ¶ 1. Renes sunt viscera duo utrimque lumbis inhaerentia, sub imis costis, a parte earum rotunda, ab altera vero resima, quae et venosa sunt et tunicis superconteguntur, ut ait *Cels.* 4. 1. et urinae secernendae deserviunt, νεφροί (It. *reni, arnioni e argnoni*; Fr. *les reins*; Hisp. *los riñones*; Germ. *d. Nieren*; Angl. *the reins, Kidneys*). - a) Universim. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 81. (206). Renes habent omnia quadrupedum, quae animal generant: ova parientium testudo sola. *Cic.* 2. *Nat. D.* 55. 137. Ab eo cibo quum est secreta bilis, iique humores, qui e renibus profunduntur, reliqua so in sanguinem vertunt. *Plaut. Curc.* 2. 1. 21. Lien necat, renes dolent. *Cic.* 2. *Tusc.* 25. 60. Laborare ex renibus. *avere mal di reni*. Hujus morbi signa recenset *Cels.* 2. 7., curationem tradit 4. 10. Sic *Horat.* 2. *Sat.* 3. 163. Quod latus aut renes morbo tententur acuto. Adde *eumd.* 1. *Ep.* 6. 28. - In illo *Auson. epigr.* 13. Utere rene tuo. *alii leg.* vere. - b) In Genit. plur. habet *renum* et *renium*. Illud habet *Plin.* multis in locis et videtur usitatus: hoc *Id.* 21. *Hist. nat.* 29. 103. (175). et 28. *ibid.* 8. 27. (98). bis (probante *Hard.* ex MSS.); et *Scribon. Compos.* 125. et 143. - c) Rectus singularis est *ren*, pro quo et *rien* dixere, ut *Charis.* 1. p. 24. *Putsch.* et *Priscian.* 5. p. 645. docent. *Festus* p. 277. 17. *Müll.* Rienes quos nunc vocamus, antiqui nefrundines appellabant, quia Graeci νεφροὺς eos vocant. Plautus in Satyrione: Male tibi evenisse video: glaber erat, tamquam rien. *Petron. Satyr.* 35. Structor imposuerat cibum: super Arietem, cicer arietinum: super Taurum, bubulae frustum: super Geminos, testiculos et rienes. *Gloss. Philox.* Rien, νεφρός. Rienosus, νεφροτικός. V. *Venant. loc. cit.* in **CINCTORIUM**. ¶ 2. De lumbis *Nemesian. Cyneg.* 112. canis sit cruribus altis, Renibus ampla satis validis, diductaque costas. ---

→ **COMPĀGĒS RĒNUM RĒGIS SOLŪTĀS ESSE**

REQUĪSĪTA NĀTŪRAE

est euphemismus sive circumlocutio decôra, quâ «operiuntur dictu deformia» (Quintilianus), q.s. → MINCTIO et → CACATIO.

SALLUSTIUS, *Historiae*, frg. inc.3 ed. *Maurenbr.* (= POMP. GL5.293.23) Profectus quidam Ligus ad requisita naturae. cfr *QUINT.* inst.8,6,59... Pluribus autem verbis cum id, quod uno aut paucioribus certe dici potest, explicatur, periphrasin vocant, circumitum quendam eloquendi, qui nonnumquam necessitatem habet, quotiens dictu deformia operit, ut Sallustius 'ad requisita naturae'... *SPART.* Carac.6,6 ad requisita naturae discedere. *AMM.* 23, 6,79 nec stando mingens (standum ingens V) nec ad requisita naturae secedens facile visitur Persa. ad requisita naturae secedere. *AUG.* de ord.1,8,22 ad requisita naturae foras exire.

RESOLŪTIŌ

resolutio alvi, i.q. diarrhoea. → **ALVUS**.

RICINUS

→ **OLEUM RICINI**

RUCTO, RUCTARE

SACERDOTULA IN SACRARIO FECIT OLETUM

VERANIUS Paul.Fest.p.203 (= GLOSS.V574,11).

SALAPUTIUM

v. W.-H. - ADAMS

SALĪVA, SALĪVAE F.

*SCATOLOGIA, SCATOLOGIAE F.

*SCATOPHAGIA, SCATOPHAGIAE F.

SCREO, SCREARE

*SĒCESSUĀLIS, SĒCESSUĀLE

SĒCESSUS, SĒCESSŪS M.

Forcellini, p.274, col.3, s.v. secessus II.) Translate: “3. *Est etiam locus, in quo venter exoneratur.* Vulgat.interpr.Matth.15.17. Omne quod in os intrat, in ventrem vadit et in secessum emittitur. Adde Gloss.Lat.p.269.n.5.”

sĕcessus, -ūs m. VULG.Matth.15,17 non intellegitis, quia omne, quod in ôs intrat, in ventrem vadit et in **secessu** emittitur; Marc.7,18sq. ...non intellegitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem non potest eum communicare, quia non introit in cor eius, sed in ventrem et in **secessum** exit purgans omnes escas; HIERON.epist.ad Tit.2,11

SECESSUS MOBILIS

Dixi-Toilette

https://de.wikipedia.org/wiki/Mobile_Toilettenkabine: 1973 erfand der in Deutschland stationierte amerikanische Soldat Fred Edwards die mobile Toilette,^[2] da er seine Notdurft bei Manövern nicht in Gesellschaft seiner Kameraden verrichten wollte.^[3] Grund war zudem die Unzumutbarkeit, mit einhergehenden Gerüchen und Geräuschen konfrontiert zu werden. In seiner Garage schraubte er die mobile Version eines stillen Örtchens zusammen: Ein [Pissoir](#) und einen Behälter mit Loch. Durch Bretter wurde [Privatsphäre](#) geschaffen.^[4] Die mobile Toilette, welche die Bezeichnung *Dixi* erhielt, war so erfolgreich, dass er das Militär verließ und in Deutschland vollständig mit ihrer Produktion beschäftigt war.^[5] Heute ist der weltweit führende Anbieter solcher Toiletten [TOI TOI & DIXI](#).

SĒCRĒTA MUNDITIĀRUM

António Freire, Conversação Latina. Porto (Livraria Apostolado da Imprensa)1960, p.9.

SEDERE

MARCELLUS EMPIRICUS 29

SĒDĒS, SĒDIS F.

Interdum ânus sive podex metonymicê dicitur sedes (cfr theod. ‘das Gesäß’).

PLIN.nat. 22,61; Ps.APUL.herb.87,3.

SED NEMO POTUIT TANGERE: MERDA FUT.

MART.3,17 Circumlata diu mensis scriblita secundis/ urebat nimio saeva calore manus;/ sed magis ardebat Sabidi gula: protinus ergo/ sufflavit buccis terque quaterque suis./ Illa quidem tepuit digitosque admittere visa est,/ sed nemo potuit tangere: merda fuit.

https://www.wikiwand.com/en/Latin_obscenity: “The word (merda) can also be used in a metaphorical sense, as at Martial 3.17, speaking of a tart which had been blown on by a man with impure breath (caused no doubt by oral sex) to cool it down:^[101] *sed nēmō potuit tangere: merda fuit.* ("But nobody could touch it: it was a piece of **shit.**")”

SELLA FAMILIĀRICA

VARRO rust.1,13,4 in eo (sc. stercilino)...quidam sellas familiaricas ponunt

Forcellini: s.v. familiaricus: Item ad domum pertinens. *Varro 1. R. R. 13. 4.* In eoque (*sterquilinio*) quidam sellas familiaricas ponunt. *h. e.* loca ventri exonerando, *i cessi, la cameretta*. Sunt qui *sellas* reponunt etiam in allatis *Vitruvii* et *Catonis* locis; sed ibi hae locum non habent: apud *Varron.* recte habent. - **s.v. sella:** 6.*Sella familiarica*, quae et simpliciter *sella*, locus ad ventrem exonerandum, *cesso, cameretta, θοαρίον*. *Scribon. Compos. 193.* Ex stomacho cruorem rejiciunt, postea per sellas eundem dejiciunt. *et ibid. 227.* Quum desederint ad sellam. *Marcell. Empir. c. 30. p. 131.* Per sellam deducere bilem. *Cato R. R. 157. a med. vocat sellam pertusam.*

SELLA PERTŪSA

CATO agr.157,11 ubi in scutra fervefeceris (lotium), sub sellam supponito pertusam. Eo mulier adsidat.

SERVUS DOMINI BIBENTIS EBRIUM REGIT PENEM

MART.3,82,15-17 digiti crepantis signa novit eunuchus/ et delicatae sciscitator urinae/ domini bibentis ebrium regit penem.

SESSIŌ, SESSIŌNIS F.

Interdum ânus sive podex metonymicê dicitur sessio (cfr theod. ‘das Gesäß’).

CAEL.AUR.morb.chron.3,3,50.

***SICCATRUM MANUUM**

<https://de.wikipedia.org/wiki/H%C3%A4ndetrockner>:“Ein *Händetrockner* ist ein Elektrogerät zum Trocknen der Hände nach dem Händewaschen. Er wird meist auf öffentlichen Toiletten eingesetzt.“

SI QUIS IN EO MIXERIT IN TEMPLO IOVIS DENARIUM UNUM DATO

XII 2426 si quis in eo mixserit..., in templ(um) Iovis d.(enarium unum) d(ato).

SOCRATES (469-399 a.Chr.n.)

Diogenes Laertios 2,36 narrat haec:

πρὸς Ξανθίππην πρότερον μὲν λοιδοροῦσαν ὕστερον δὲ καὶ περιχέασαν αὐτῶ: »οὐκ ἔλεγον« εἶπεν »ὅτι Ξανθίππη βροντῶσα καὶ ὕδωρ ποιήσει;«

i.e. Latinè: *Xanthippae primo sibi male dicenti, postea sibi etiam (lotium matellae?) infundenti: »Nonne dixi« inquit »Xanthippam tonantem etiam imbrem facturam esse?«*



A.1675 pinxit Reyer Jacobsz. van Blommendael: Socrates, eius duae uxores et Alcibiades. Haec pictura invenitur Argentorati in Museo Artium Pulchrarum.

Num Socrati fuerunt duae uxores? Diogenes Laertius narrat (2,26) Sophroniscum et Menexenum a Socrate genitos esse una cum Myrtone vidua ad paupertatem redacta in domum recepta. At iam Panaetius (apud Plutarchum: Aristides 11,12) dicit hoc esse ultro confictum.



ECCE XANTHIPPA MATELLAM EFFUNDENS.

**Emblemata Horatiana, Imaginibus
in aes Incisis atque Latino, Germanico,
Gallico et Belgico Carmine Illustrata,
pinxit Otto Vaenius a., 1607.**

SOPHO, SOPHONIS M. i.q. membrum virile
cfr ADAMS. – W.-H.

SPONGIA, SPONGIAE F.

SEN.contr.7 praef.§3. SEN.ep.70,20. MART.12,48,7.

Forcellini s.v. spongia: *h. e.* lignum in latrinis ad emundanda obscoena, adhaerente spongia: quod militem quemdam Germanum, damnatum ad bestias, in gulam farsisse narrat *Seneca Ep. 70. a med.* et praeculis spiritum vitandi supplicii causa. Hinc *spongia aliquid effingere*, extergere. **V.**

SPURCITIAM FACERE

CIL XIII,2426 spurcitiā facere i.q. cacare: si quis in eo mixserit, spurciti(am) fecerit in temp(lo) Iovis. Mul.Chir.224 acres humores et spurcitiā corporis excludit.

SPHINCTĒR, ĒRIS M. i.q. musculus āni circularis et contractilis**SPUŌ, SPUERE****SPŪTŌ, SPŪTĀRE****SPŪTUM, SPŪTĪ N.****SQUIBALUM, SQUIBALĪ N.**

cfr Walde-Hofmann, Lateinisches etymologisches Wörterbuch, tom.II, Heidelberg 1972, p.583: „**squibulum** (scybalum),-i n. “Menschenkot” (seit Theod.Prisc.) entlehnt aus gr. σκύβαλον.“ – cfr Hjalmar Frisk, Griechisches Etymologisches Wörterbuch, tom.II, Heidelberg 1991, p.740: „**σκύβαλον** n. ‚Abfall, Auswurf, Kehricht, Kot‘ (hell. u. sp.), mit σκυβαλ-ώδης ‚kotähnlich‘ (sp.), -ικός ‚schmutzig‘ (Timokr.?), -ίζω, auch mit ἀνα-, ἄπο-, ‚als Abfall behandeln, betrachten‘ (LXX, D.H. u.a.); dazu -ισμός m. (Plb.), -ισμα n. (Ps.-Phok.), -ισις f. (Sch.); -εύομαι ‚ds.‘ (Sch.). – Nicht sicher erklärt...“

STERCUS, STERCORIS N.

COL.8,5,19 plumulaeque...detrhendae, ne stercore coinquinatae durescant. 8,7,2 ne stercore coinquentur.

<http://www.zeno.org/Georges-1913/A/stercus>

Quelle: Karl Ernst Georges: Ausführliches lateinisch-deutsches Handwörterbuch. Hannover ⁸1918 (Nachdruck Darmstadt 1998), Band 2, Sp. 2795.

Permalink: <http://www.zeno.org/nid/20002661578> [2795] **stercus**, oris, n., I) *die Ausleerung der Menschen u. Tiere, der Kot, Mist, Dünger, hominis, Varro: sterCUS, quod homines faciunt, Colum.: sterCUS columbinum, Varro u. Plin.: caprinum, ovillum, asinum, equinum, Varro: supra (oben darauf) sterCUS iniectum, Cic.: novalia stercore satiare, Colum. – Plur., murium stercora, Gregor.: stercora aequare, Colum.: pretiosissimis cibus humana stercora miscere, Lampr. – Sprichw., aurum colligere de stercore Ennii, Donat. vit. Verg. 18: aurum in stercore quaerere, Cassiod. de inst. div. litt. 1. p. 510 (b) ed. Garet. – als Schimpfwort, sterCUS curiae, Schmutzfink, Cic. de or. 3, 164. – II) übr., der Abgang, die Schlacken, ferri, Scrib. Larg. 188: plumbi sterCUS, quod scoriā vocant, Marc. Emp. 10.*

STERCUS ET URINA MEDICORUM FERCUA PRIMA

cfr Die gelehrte Fama, welche den gegenwärtigen Zustand der gelehrten Welt und sonderlich unserer Universitäten entdeckt...Leipzig 1711.... p.223: “10) *Merdivorus*: Aristophanes turpi hoc epitheto criminatus est Aesculapium, sua quidem lingua σκατοφάγον appellando. Nam, uti obtrectatores medicorum loquuntur, *stercus & urina medicorum fercula prima*. Quibus tamen alio versu respondetur: *Sunt nobis signa, sed vobis fercula digna*. Taxantur tamen medici, qui sanguinem vena secta emissum, vel liquorem obscoenum degustant.”

STERQUILĪNIUM, STERQUILĪNIĪ N.

Forcellini

→mixtum caeno sterculinum publicum

STOMACHUS, STOMACHĪ M.

1. est i.q. oesophagus, i.e. canalis seu fistula, qua cibus in ventriculum defertur.

2. (translate) est ventriculus, in quo cibi conficiuntur.

Forcellini: STÖMÄCHUS, i, m. 2. (στόμαχος) Male scribitur in quibusd. Codd. *stomachus* sine aspiratione; est enim a voce Gr. στόμαχος, cum aspir. χ, quae Latina civitate donata est. — *Charis.* 1. p. 61. *Putsch.* monet, *stomachum* etiam in pluribus singulariter dici, ut ait Calvus: Quorum praedulcem cibum stomachus ferre non potest. — Stomachus est canalis seu fistula (quae et gula) dicitur a *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 66. et 68., qua cibus ab ore in ventriculum defertur, στόμαχος (It. *gola*, *esofago*, *canale del cibo dalla bocca al ventricolo*; Fr. *oesophage*, *gosier*; Hisp. *esofago*, *gaznate*; Germ. *die Speiseröhre*; Angl. *oesophagus*, *gullet*). I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 54. 135. Linguam, ad radices ejus haerens, excipit stomachus, quo primum illabuntur ea, quae accepta sunt ore. is utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Atque is agitatione et motibus linguae, quum depulsum et quasi detrusum cibum accepit, depellit. *Cels.* 4. 1. Deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant, alterum, stomachum. *et infra.* Stomachus vero, qui intestinorum principium est, nervosus a septima spinae vertebra incipit ac circa praecordia cum ventriculo committitur. *Soran.* 12. p. 191. Stomachus, qui os ventris appellatur, positus est inter utrasque partes hypochondriorum, id est in medio costarum molliorum. *Coel. Aurel.* 3. *Tard.* 1. 8. Stomachum paralysi vitiatum difficultas transvorandi sequetur.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen sumitur, ut quidam volunt, pro infima parte ejus canalis, quae ventriculo inseritur. *Plin. loc. cit.* 68. (179). Summum gulae fauces vocantur, extremum stomachus. — Verius tamen *Plin.* hoc loco ipsum ventriculum intelligit, in quo cibi conficiuntur: qui saepissime *stomachi* appellatione significatur, *ventricolo*, *stomaco*. *Seren. Sammon.* c. 18. Qui stomachum regem totius corporis esse Contendunt, vera niti ratione videntur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. 124. Haec avis scribitur conchis se solere implere easque quum stomachi calore concoxerit, evomere. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 26. (53). Stomachus dissolutus aut cibos non perficiens. *Id. ibid.* 22. (38). Vinum dulce minus inebriat, sed stomacho innatat: austerum facilius concoquitur. *Cels.* 4. 5. *a med.* Vulgatissimum pessimumque stomachi vitium est resolutio, id est, quum cibi non tenax est. *Lucret.* 4. 632. Dummodo quod capias, concoctum didere possis Artubus, et stomachi humectum servare tenorem. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 18. cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet. Cf. 2. *ibid.* 8. 5. *Id. ibid.* 2. 38. Jejunos raro stomachus vulgaria temnit. *Petron. Sat.* 103. Acclinatus lateri navis exonerabat stomachum nausea gravem. *Coel. ad Cic.* 8. *Fam.* 13. Stomacho est ita languenti, ut vix id, quod sibi placeat, reperiat. *Juvenal.* 5. 49. Si stomachus domini fervet vinoque ciboque. *Id.* 4. 67. stomachum laxare saginis. *Sueton. Cal.* 58. Marcens stomachus pridiani cibi onere. *Coel. Aurel.* 3. *Tard.* 2. 13. Non omnis stomachi querela illico passio nuncupatur. *Id. ibid.* 14. Stomachus solutus atque inflatus. *Id.* 3. *Acut.* 17. 145. immobilis ac fixus vel inflexus. *Id. 2. ibid.* 19. 123. tumens. *Id.* 1. *Tard.* 1. 29. supinus. Sic 2. *Acut.* 35. et 40. 184. Stomachi supinitas. *Plin. Valer. c.* 36. morsus. et

c. 40. marcor. *Marcell. Empir. c. 20.* fastidium. *Cels. 1. 3. ante med.* AEstuantem stomachum potione refrigerare. *Plin. 27. Hist. nat. 7. 28. (48).* Malaciam stomachi et inflationes discutere. *Id. 20. ibid. 22. 91. (248).* dissolutiones cohibere. *Id. 23. ibid. 6. 56. (105).* infirmitatem sanare. *Id. 20. ibid. 17. 73. (189).* inflationibus mederi. *Id. 32. ibid. 8. 29. (91).* spasmos sedare. *Id. 22. ibid. 22. 33. (74).* Prodesse stomacho. *Id. 23. ibid. 2. 32. (66).* Stomachum adjuvare. *et 27. ibid. 5. 4. (16).* confirmare. *Cels. 4. 5. fovere. Plin. 26. Hist. nat. 7. 18. (32).* corroborare. *Id. 30. ibid. 6. 15. (46).* recreare. *et 32. ibid. 6. 21. (64).* (et *Marcell. Empir. c. 20.*) reficere. *Id. 23. ibid. 9. 81. (161).* sistere. *Id. 20. ibid. 5. 17. (34).* excitare et fastidium abstergere. *Id. 23. ibid. 1. 7. (11).* (et *Cels. 4. 5.*) infestare. *et 25. ibid. 5. 18. (41).* laedere. *et 26. ibid. 8. 37. (58).* offendere. *Id. 13. ibid. 23. 44. (127).* movere. *Cels. 4. 5. ad fin. comprimere. Plin. 27. Hist. nat. 7. 28. (48).* adstringere. *Id. 23. ibid. 1. 23. (43).* Stomachus in vomitiones effunditur. *Cels. 4. 5. exaestuat. Horat. 2. Sat. 4. 78.* Magna fastidia movere stomacho. *far venire grandi archi di stomaco. et ibid. 8. 9.* Stomachum lassum pervellere. *et ibid. 2. 43.* lassum sollicitare. *Cels. 1. 8.* Stomacho laborare. *Juvenal. 6. 100.* valere. *Plin. 6. Ep. 16. sub fin.* Stomachus illi natura invalidus, angustus et frequenter interaestuans erat. *Plin. alter 20. Hist. nat. 17. 68. (176).* acida ructans. *Id. 32. ibid. 7. 26. (80).* Fortiores stomachi. *h. e. qui facile concoquunt. Id. 23. ibid. 8. 74. (142).* Stomachi acrimonia et rosiones. *Id. 32. ibid. 1. 3. (8).* Nausea et redundatio stomachi. *Seneca Ep. 2. a med.* Fastidientis stomachi est, multa degustare. — Quae stomacho apta sunt, quaeque aliena in cibis, *Celsus 2. 24. 25. 26. et 27.* accurate recenset. — *Bonus stomachus*, qui facile quocumque cibo contentus est, et facile concoquit. Metaphorice. *Quintil. 2. 3. 3.* Interim sufficere illos minores existimant, et bono sane stomacho, contenti sunt. *Id. 6. 3. a med. de risum moventibus.* Jucundissima sunt ex his omnibus lenia et, ut sic dixerim, boni stomachi. *h. e. quae sunt velut cibi, qui facile concoquuntur et bonum stomachum faciunt. ¶ 2.* In illo *Maximian. Eleg. 5. 29.* Ah quantum mentem stomachi fultura movebat. *stomachus* videtur esse pars pectoris, cui subjacet stomachus, nam sequenti versu pectus ipsum nominat. Nec insulsum adeo videri debet, stomachum pro pectore positum, quum etiam pectus pro stomacho ponat *Horat. Art. P. 337. III.)* Figurata refertur ad animum. — *a)* In bonam partem et significat appetitum, desiderium, cupiditatem, *desiderio, voglia. Cic. 7. Fam. 1.* Ludi apparatissimi, sed non tui stomachi. conjecturam enim facio de meo. *non di tuo genio o gusto. et Plin. 1. Ep. 24.* In hoc agello (*emendo*) Tranquilli mei stomachum multa sollicitant, vicinitas urbis, opportunitas viae, modus ruris etc. — *b)* In malam partem et significat fastidium, indignationem, iram, *nausea, sdegno, bile. Cic. 4. Att. 16. a med.* Locus ille animi nostri, stomachus ubi habitat, olim concailuit. *Id. 4. Tusc. 24. 53.* Tracta definitionem fortitudinis, intelliges, eam stomacho non egere. *Id. 3. ad Q. fr. 5. ante med.* Puto, te existimaturum, a me libros illos non sine aliquo meo stomacho esse relictos. *Id. 2. Fam. 16. sub fin.* Hoc adpersi, ut scires, me tamen in stomacho solere ridere. *Id. 5. Att. 1. a med.* Quae tum mihi majori stomacho, quam ipsi Quinto, fuerunt. *Id. 4. Verr. 20. 48.* Homo exarsit iracundia ac stomacho. *Id. 3. ad Q. fr. 8. init.* Epistola plena stomachi et querelarum. *Quintil. 10. 1. a med.* Plus stomacho, quam consilio dare. *Sueton. Tib. 59. extr.* Bile et stomacho aliquid fingere. *Capell. 8. p. 272.* Nondum stomacho senescente. *h. e. ira sadata. Inscript. apud Cardinali Dipl. Imp. p. 323. n. 614. (Henzen n. 6877.)* CVM QVA VIXI AN. XXII. SINE VLLO STOMACHO — *Facere aut movere stomachum*, iram, indignationem excitare. *Cic. 1. Fam. 9. ante med.* Non illi quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidit. sed certe ut facere se arbitrarentur. *Id. 5. Att. 11.* Ita mihi videtur non minus stomachi nostro, quam Caesari, fecisse. *et 6. ibid. 3. ad fin.* In quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum movere solet. — *Cic. in fragm. apud Quintil. 6. 3. in fin.* Haec aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho. *h. e. patientia.* Dicit enim *Cic. 1. Fam. loc. modo adl.,* se stomachum perdidisse, *h. e. multa indignari desiisse et dissimulare didicisse.*

STRANGŪRIA, STRANGŪRIA F.

Forcellini

STRANGŪRIŌSUS, STRANGŪRIŌSA, STRANGŪRIŌSUM**SUAE REI CAUSA FACERE**

PETRONIUS

SUBMEIULUS

SUBMEJŪLUS, i, m. 2. (submejo) qui in lectulo mingit. *Marcell. Empir. 26. ad fin.* Ignorans submejulus. *h. e.* infans.

SUBSTILLUM→*LOTIUM SUBSTILLUM***SUB TERRIS TONUISSE PUTES**

SUETONIUS, De viris illustribus: De poetis, cap.XXXIII **M.Anaeus Lucanus**. Revocatus Athenis a Nerone cohortique amicorum additus atque etiam quaestura honoratus, non tamen permansit in gratia: si quidem aegre ferens, <quod se> recitante subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicto senatu recessisset, neque verbis adversus principem neque factis excitantibus post haec temperavit: adeo ut quondam **in latrinis publicis clariore cum crepitu ventris hemistichium Neronis magna consessorum fuga pronuntiarit: *sub terris tonuisse putes.***

SUCERDA, SUCERDAE F.*i.q. stercum suillum, porcinum***SUPERFLUA CORPORIS**

CAELIUS, chron. V 4,67

SUPPĒDŌ, SUPPĒDERE*i.q. submissē pēdere****SYMPTŌMA AMĪCI FALSĪ****TENESMUS, TENESMĪ M.****TĒ NŪLLA MOVET CĀNĪ REVERENTIA CUNNĪ**

MART.9,37,7

TORMINA, TORMINUM N.PL.***TRĀNSVERSŌSTOMA, TRĀNSVERSOSTŌMATIS N.***genus enterostomatis sive ani praeternaturalis, quod ducitur ex colo transverso.*

ŪREA, ŪREAE F.**ŪRĒTHRA, ŪRĒTHRAE F.***i.q. via mictualis*

CAEL.AUR.morb.chron.5,4,66; 5,10,9.

ŪRĪNA, ŪRĪNAE F.

Forcellini: ŪRĪNA, ae, f. 1. saccatus corporis humor, ut ait *Lucret.* 4. 1022., lotium, humor a sanguine separatus in renibus et in vesicam delapsus, οὔρον (It. *piscia, piscio, orina*; Fr. *urine*; Hisp. *orina*; Germ. *der Urin, Harn*; Angl. *urine*): est derivatum a voce Graeca adlata. cf. **URETHRA. I.)** Proprie. *Cic. Fat.* 3. 5. In urina, in unguibus naturae contagio valet. *Catull.* 37. 20. Et dens Ibera defricatus urina. (*nempe* quia Celtiber in Celtiberia terra Quod quisque minxit. hoc solet sibi mane Dentem atque russam defricare gingivam, ut ait *id.* 39. 17.) *Sueton. Aug.* 80. *in fin.* Calculis per urinam ejectis. *Id. Vesp.* 23. *a med.* Etiam urinae vectigal commentus est. *Id. Ner.* 56. Deam Syriam ita sprevit, ut urina contaminaret. *Apul.* 1. *Met.* Urinae spurcissimae madore aliquem perluere. *Colum.* 6. *R. R.* 3. Quum jumenta suo tempore urinam non fecerint. *et paullo post.* Si urina genitalia deusserit. *Cels.* 2. 7. Difficuler urina redditur paullatimque destillat. *et ibid.* 19. Aliae res citant urinam, aliae tardant. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 6. 17. (27). Urinam celerrime pellere. *et ibid.* 13. 71. (115). trahere. *et ibid.* 11. 56. (94). ciere. *Id.* 29. *ibid.* 5. 32. (102). egerere. *Id.* 20. *ibid.* 10. 43. (111). movere. *et ibid.* 4. 11. (21). inhibere. *Id.* 21. *ibid.* 26. 97. (170). impellere. *et 24. ibid.* 19. 111. (171). fundere. *Coel. Aurel.* 2. *Acut.* 3. 15. mittere. *et ibid.* dimittere. *et ibid.* excludere difficuler. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 9. 35. (109). Urinae incontinentia. *et 28. ibid.* 6. 17. (61). profluvia cohibere. *Id.* 20. *ibid.* 7. 26. (63). difficultates emendare. *Gell.* 19. 4. Libido urinae lacessit. *Ulp. Dig.* 21. 1. 14. Si in lecto, somno vinoque pressus, aut etiam pigritiâ surgendi, urinam faciat. *Coel. Aurel.* 1. *Acut.* 2. 31. Urina flava, aquata, tennis. *Id.* 2. *ibid.* 3. 15. turbulenta. *Id.* 3. *Tard.* 6. 81. fellea. — *Urinam facere* interdum est urinae incontinentia laborare. *Ulp. Dig.* 21. 1. 14. De eo qui urinam facit, quaeritur: et Pedianus ait, non ob eam rem sanum non esse etc. Adde *Inscr.* apud *Fabretti p.* 604. 43. et apud *Kellerm. Vig. laterc. p.* 62. n. 2. **II.)** Translate est semen genitale. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 43. 68. (168). Asinae incontinens uterus urinam genitalem reddit. Adde *Juvenal.* 11. 168.

CATULLUS 37.20: *tū praeter omnēs ūne de capillātīs,/ cunīculōsae Celtiberiae fili,/ Egnātī. opāca quem bonum facit barba/ et dēns Hibērā dēfricātus ūrīnā.*

***ŪRĪNAL, ŪRĪNĀLIS N.**

est vas parieti affixum, in quod vir stans mingit, i.q. reddit urinam. Urinalia solent inesse foricis i.e. latrinis publicis virorum.

URINAM FACERE**URINAM REDDERE*****ŪROLAGNIA, ŪROLAGNIAE F.*****ŪRÓSTOMA, ŪRÓSTÓMATIS N.**

est exitus urinae artificialis, quae sectione chirurgicâ per cutem abducitur.

Das **Urostoma** (v. [griechisch](#) στόμα *Stoma* „künstlich geschaffener Spalt“, „Mund“ oder „Öffnung“, auch „Künstlicher Blasenaustritt“) ist eine [chirurgisch](#) herbeigeführte, dauerhafte Ausleitung des [Urins](#) durch die Haut zur Kontinuitätserhaltung der Harnableitung. Die entsprechende [Operation](#) heißt Urostomie und wird meist von einem [Urologen](#) durchgeführt.

URTICAE MONUMENTA VIDES DISCEDE CACATOR...

CIL IV,8899,3sq. Urticae monumenta vides discede, cacator: Non est hic tutum culu<m> aperire tibi. → DECEDO CACATUM.

VAE ME PUTO CONCACAVI ME !

SENECA, Apocolocyntosis. 4,3 ultima vox eius haec inter homines audita est, cum maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur: "vae me, puto, concacavi me." quod an fecerit, nescio; omnia certe concacavit.

VARIX HAEMORRHOÏDĀLIS

VAS, VASIS N.

i.q. membrum virile.

VASATUS, VASATA, VASATUM

membro virili instructus

bene vasatus.

VENTŌSITĀS, VENTŌSITĀTIS F.

Ps.APUL.herb.126 ventositas stomachi.

VENTREM EXONERARE

SUETONIUS

VENTRICULUS, VENTRICULI M.

est receptaculum cibi in corpore animalis, in quo conficitur confectusque in intestina transmittitur quidquid comestum est: translate dicitur etiam stomachus.

Forcellini: VENTRĪCŪLUS, i, m. 2. (venter) Etiam *ventriculum* neutr. gen., ut legit *Schuch.* apud *Apic.* 77. Quam lectionem confirmat *Cassiod.* in *Ps.* 150. 5., qui a similitudine *ventricula* dixit instrumenti musici cavitates. Sic apud *eumd.* etiam *flosculum* in *Ps.* 135. et *cuniculum* in *Hist. Eccl.* 6. 12. — Ventriculus est deminut. a *venter*, parvus venter, *ventricino*, γαστρίδιον: et ponitur aliquando pro ventre. **I.)** Proprie. ¶ **1.** Pro ventre. *Juvenal.* 3. 96. *de pudendo muliebri.* plana omnia dicas Infra ventriculum. — Hinc translate. *Cels.* 5. 28. Ventriculus furunculi, *ventricolo del frignolo.* **V. FURUNCULUS.** ¶ **2.** Praecipue vero dicitur receptaculum cibi in corpore animalis, in quo conficitur confectusque in intestina transmittitur quidquid comestum est, *stomaco*, *ventricolo.* *Cels.* 4. 1. et 5. 26. n. 16. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 79. (200). *et seqq.* et alibi saepe. *Cels. cit. l.* 4. Ventriculus, qui receptaculum cibi est, constat ex duobus tergoribus: isque inter lienem et jecur positus est, utroque ex his paullum super eum ingrediente. *Hygin. fab.* 126. Ventriculus fartus. **II.)** Improperie. ¶ **1.** *Ventriculi* appellantur duae cavitates in corde. *Cic.* 2. *Nat. D.* 55. *a med.* Pars animae redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant: cui

similis alter adjunctus est, in quem sanguis a jecore per venam illam cavam influit. ¶ 2. Similiter de instrumento musico. *Cassiod. loc. supra cit.* ¶ 3. *Ventriculi digiti*, epistolae secretae, ut scytaalae. *Gloss. Lat. Gr.* Ventriculi digiti, σκυτάλαι.

VENTRIS ONUS PONERE

CELSUS

VENTUS, VENTĪ M.

COL.nec ventos emittit (sc. venter). CAEL.AUR.de signif.diaet.pass.44 venti per podicem frequentia

VERETRUM, VERETRI N.

VERPA, VERPAE F.

VĒSĪCA, VĒSĪCAE F.

est urinae receptaculum in corpore animalis, folliculus, in quo urina colligitur infra alvum a priore parte, κύστις, κύστη.

Forcellini: VĒSĪCA, ae, f. 1. Scribitur et *vensica*, ut est apud *Cap. p. 2246. Putsch.* et legitur in optt. codd.; hinc *vensicula* apud *Lucret. 6. 130. L.* — Etiam *vessica* duplici s, teste *Rose ad Plin. Valerian. et Gargil. et optt. codd. Martial. 4. 49.* — *Besica* cum *b* scribitur apud *Adamant. apud Cassiod. Orth. 5.* — Ad etymon quod attinet, *Isid. 11. Orig. 1. 137.* derivat a *vas*, quia, ut ait, sicut *vas aqua*, ita de renibus *urina collecta completur*. Cl. *Furlanetto* putat esse a Gr. φῦσα ejusd. significationis, vel a *sono*, quem efficit compressa, ut innuit *Caper loc. cit.* Recentiores vero conferunt cum Skr. *vasti* ejusd. significationis. — *Vesica* est *urinae receptaculum in corpore animalis, folliculus, in quo urina colligitur infra alvum a priore parte, κύστις, κύστη* (It. *vessica o vescica*; Fr. *vessie*; Hisp. *vexiga*; Germ. *die Blase, Urinblase*; Angl. *the bladder*). **I.)** Proprie. *Plaut. Pers. 1. 3. 18.* Nolo quod in vesicam eat, in ventrem volo. *Cic. 2. Fin. 30. 97.* Tanti autem morbi aderant vesicae et viscerum. *Horat. 1. Sat. 8. 46.* displosa sonat quantum vesica, pepedi. *Apul. 1. Met. Vesicam exonerare. Spartian. Caracall. 7. levare. Coel. Aurel. 5. Tard. 4. 75. provocare. Plin. 30. Hist. nat. 8. 21. (67). Vesicae difficultates. Adde Apul. Herb. 1. Coel. Aurel. 5. Tard. 4. 60. Vesicae collectio, ulcus, durities, scabies (ψωρίασις), capillatio, paralysis, calculatio etc. Id. ibid. 73. strictura. — Vesica queritur, proverbium est, quo significatur illud, quod Itali dicunt *scompisciarsi dalle risa*. Utitur eodem *Tertull. Apolog. 48.* At enim Christianus si de homine hominem ipsumque de *Cajo Cajum* reducem repromittat, statim illic *vesica queritur. h. e.* quisque sibi manu vesicam premit, ut solent pueri, qui mingendi necessitatem ulterius ferre nequeant. **II.)** Translate. ¶ 1. Ponitur pro tumore instar vesicae. *Plin. 20. Hist. nat. 6. 23. (51).* Allium illinitur attritis corporum partibus, si in vesicas intumuerint. ¶ 2. Item pro muliebri inguine. *Juvenal. 1. 38.* qui testamenta merentur Noctibus, in caelum quos evehit optima summi Nunc via processus, vetulae vesica beatae. Adde 6. 64. ¶ 3. Item pro podice. *Plaut. Cas. 2. 8. 21.* Ecfodere hercle hic volt credo vesicam villico. ¶ 4. Et pro pelle vesicae tenui et pellucida. *Martial. 14. 62.,* cujus lemma *Laterna ex vesica: Cornea si non sum, numquid sum fuscior? aut me Vesicam, contra qui venit, esse putat? Id. 8. 33.* Fortior intortos servat vesica capillos. *scil.* qua utebantur natantes, ne capilli madefierent. *Plin. 33. Hist. nat. 7. 40. (122).* Qui minium poliunt, faciem laxis vesicis illigant, ne in respirando perniciosam pulverem trabant. — Alio usu apud *Coel. Aurel. 2. Tard. 1. 48. ¶ 5.* Et pro*

crumena ex vesica. Varro 3. R. R. 17. Illae autem piscinae nobilium magis ad oculos pertinent, quam ad vesicam et potius marsupium domini exinaniunt, quam implent. **III.)** Metaphorice. *Martial.* 4. 49. A nostris procul est omnis vesica libellis: Musa nec insano syrmate nostra tumet.

VESICAM EXONERARE

PETRONIUS

VETŌ QUI SQVAM FAXIT OLĒTUM.

PERS.1,112 veto quisquam faxit oletum.

VIA MICTUĀLIS

i.q. urethra, ductus, per quem urina ex corpore ducitur.

VĪSIŌ, VĪSIŌNIS F.

i.q. flatus ventris submissus, inaudibilis (sed saepe foetidior quam ventris crepitus)

VĪSIŌ, VĪSĪRE

sine sono pēdere, flatum ventris ēdere submissum

Oxford Latin Dictionary 2077, s.v. uissio ~īre: “*intr.* [source of Fr. *vesser*, etc.cogn. w. ON. *fisa*] To fart softly. ~IRE TACITE CHILON DOCVIT SVBDOLVS A.Epig.41.6; (implied) non honestum uerbum est ‘diuisio’? at inest obscenum, cui respondet ‘intercapedo’ CIC.Fam.9.22.4.”

cfr Walde-Hofmann, Lateinisches etymologisches Wörterbuch, tom.II, Heidelberg 1972, p.803: “**vīsiō**, -īre “leise furzen” (Lucil. Rom. neben *vissināre*): nach den Glossen, wo auch ein Subst. *vīssiō* und *vissium*, *vissitium* bezeugt ist, und den rom. Fortsetzungen vlt. *vissiō* (s. Gl.VII 423, Funck ALL.8,388, Horning ZRPh.18,230, Meyer-Lübke WSt.18,321; dazu afrz. *voisson* (**vissiōnem*) “Iltis” [als “Stinker”], aber Cic.epist.9,22,4 und Quint.inst.8,3,46 bezeugen –ī-...”

VISSIŌ, VISSIŌNIS f.

VISSIUM

VISSITIUM

v. supra s.v. VISIO.

VOMITIŌ, VOMITIŌNIS F.

est actio vomendi.

***VOMITĪVA, VOMITĪVŌRUM N.PL.**

i.q. ἐμέτρικα, medicamenta, quibus efficitur vomitio.

VOMITĪVUS, VOMITĪVA, VOMITĪVUM

i.q. spectat ad vomendum.

cfr René Hoven, Lexique de la prose latine de la renaissance, Leiden/New York/Köln (E.J. Brill) 1994, p.384: “*vomitius*, -a, -um **vomitif*: ap. FIC., O.O.I,576 B,17.”

VOMITŌ, VOMITĀRE*est saepe aut fortiter vomere***VOMITOR, VOMITŌRIS M.***est is, qui solet vomere.****VOMITURIŌ, VOMITURĪRE***i.q. vomendi cupidum esse*

cfr René Hoven, *Lexique de la prose latine de la renaissance*, Leiden/New York/Köln (E.J. Brill) 1994, p.384: “uomiturio, -ire avoir envie de vomir: ER., ASD I.6,174,632;IV-1 A,156,320.”

***VOMITURĪTIŌ, VOMITURĪTIŌNIS F.**

v. Friedrich Schiller, *De discrimine februm inflammatoriarum et putridarum*, 1780.

in: Friedrich Schiller, *Über den Unterschied zwischen entzündlichen und fauligen Fiebern*, hgg. v. Karl August Neuhausen, Norbert Oellers, Daniel Schäfer, Astrid Steiner-Weber. *Lateinisch-Deutsch, mit Erläuterungen und Glossar*. Berlin 2020.

p.32: „§. 19. *Hæc de Febris inflammatoriis dicta sufficient; longe alia ratio est Putridarum. Eo quidem titulo incurrunt Febres continuæ remittentes, quæ invadunt sub catarrhalium larva, cum summa Virium prostratione, horripilationibus vagis, vertigine, nausea, vomitionibus, diarrhoeis, præcordiorum variis affectionibus, pectoris, capitis, dorsi, lumborum artuumve fugitivo dolore, pulsu interdum naturali consimillimo, interdum spastice contracto, accelerato, minimo, inæquali, mentis varia perturbatione, motibus spasticis aliisque, ac per longum Februm succedentium tractum ad tres quatuorve septimanas protenduntur.*“

id. p.98: „***vomituritio, -onis f.** Brechreiz; § 19 NLW: Brechreiz. Nominalbildung zu *vomiturio, -ire (s. Hoven: *to feel like vomiting*).“

VOMITUS, VOMITŪS M.**VOMŌ, VOMERE**

**THESAURUM LATRINITATIS VIVAE
INGENTI CUM LABORE
CONFECIT
LEO LATINUS**

ECHUS VOCES EPISTULAE

ANSGARIUS OSLOENSIS

El sáb, 30 abr 2022 a las 21:19, SPQR (<spqr@leolatinus.de>) escribió:

Nicolaus Ansgario suo sal.pl.dic. s.v.b.e.e.v.

Cum bene sciam tibi cordi esse dictionaria et glossaria Latinitatis vivae, mitto tibi introductionem nonnullaque exempla partium operis mei, quod hoc anno tandem perfici posse bene spero. Perspicias 4 archiva appendici imposita et scribas mihi quaecumque tibi in buccam venerint. Pancratice vale et perge mihi favere. Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

D.02. m.Maii a.2022 h.16:57 scripsit:

Salutem Nicolao Ansgarius

Lexicon visuale, auctoribus Corbeil et Archimbault confectum, et quod semper summa cum animi admiratione consulo, mihi sat notum est. Annis enim iuvenilibus, cum linguae et litteris gallicis studerem, incidi in hoc opus mirificum. Cum omnes res quae ad vitam hominum adhibentur, nomen proprium habeant, ut constat inter omnes philologos aut cultores voluptarios linguarum, plerumque ad manum nobis non sunt nisi fortasse quingenta (aut mille) vocabula quae ad vitam cotidianam spectant, et alia quingenta, quibus opus nobis sunt ad munus nostrum fungendum. Instrumenta quae in rebus cumputatoriis (aut informaticis, si licet ita dicere) et culinariis usurpantur, nonnullis linguis voce clare nominare possum, utpote qui cottidie in grapheo in culina verser, vocabula enim nisi loquendo aut scribendo cottidie adhibentur, gradatim in oblivionem veniunt. Nam si mihi descriptio apparatus urinatoris minutatim facienda sit, lingua haesitet ad omnia nominanda (exceptis perspicillo et tubo urinariis, necnon pinnis). Nihilominus lexicon visuale ubi res et instrumenta officiorum describuntur non minus utile quam Atlis orbis terrae videtur. Etiam si fortasse omnia verba memoriae mandare non licet, cornu copiae vocabulorum contemplan-do, aciem mentis et vim imaginatons fovemus. Nunc hoc opus, tuis laboribus benedictinis (ut sermone vernaculo dicitur), latine redditum et commentariis illustratum etiam amatoribus linguae latinae thesaurum vocabulorum concretorum, brevi tempore ni fallor, praebabit. Macte virtute! His diebus in Baetica, vel Andalicis, versor, animi laxandi gratia, et ad monumenta aevi baroci inspicienda. Basilice valeas!

d.2 m.Maii a.2022 h.19:16

Nicolaus Ansgario sal.pl.

Peropportune accidit, care sodalis, ut mihi scribas te Lexicon visuale iam pridem nosse et possidere. Permittas, ut ex te saepius quaeram nonnulla de singulis nominibus picturisque. 1) Quam editionem habes? Estne ea quae a.2011 edita est in Monte regio Canadensium, in Provincia Quebeco (in Domus editoria "QA", i.e. Quebec-Amerique? 2) Quo ordine linguae in editione tua indicantur? primo loco certe Anglica, et quibus locis afferuntur verba Theodisca, Francogallica, Hispanica, Italica?

3) Mea editio germaniensis habet 1271 paginas (indicibus inclusis); ultima pagina picturata est p.1071. De electione vocabulorum deque ordine thematum certe alii aliter sentiunt. Quaedam menda etiam invenimus. Sed certe cavendum est, ne corrector furore purismi inductus loco termini technici ponit elegantiores voces sed parum accuratas. Si permiseris, libenter tecum per litteras colloquar de singulis quaestionibus nominum et picturarum; praecipue autem colloquendum est de singulis glossis et interpretamentis et testimoniis voluminis alterius. Haec raptim, mox certe plura. Semper quam optime vale. **Nicolaus Leo Latinus**

d.08. m.Maii a.2022 h.12:02

Nicolao salutem Ansgarius

Velim mihi ignoscas, quod tardius epistulae tuae respondi. Cum per varias urbes baeticas iter facerem, nihil tempus mihi scibendi fuit. Nam cum terras exteras peragro, denis horis in die per vias plateasque ambulo, ut omnia miranda separatim et attento animo inspiciam. Editio operis Johannis Corbeil, quae in bibliotheca mea custoditur, iuris publici facta est anno 2014 (illa quam iuvenis consulebam, iam pridem amissa est), in domu editoria Québec Amérique. Explicationes verborum dantur primo gallice, deinde aliis linguis. Constat ex 1271 paginis. Ut patet, praefatione lecta, est editio anni 2011 iterum publicata. Fac valeas!

d.8. m.Maii, a.2022 h.12:14

Nicolaus Ansgario s.

Summas gratias, nunc scio numerum paginarum editionis canadiensis esse eundem quam germaniensis. Ergo verisimile est inde ex editione a.2011 nulla nova vocabula addita esse. Qua re animus meus tranquillatur. In canadiensis prima lingua est francogallica, in germaniensi theodisca, in mea velim Latinam fore primam. Licetne tibi, care Ansgari, interdum glossas meas mittere, ut perlegas et mihi scribas, quidquid tibi in buccam venerit? Cum sciam te esse et linguae Latinae necnon rerum technicarum ben peritum, mihi persuasum est te fore consultorem optimum. Ceterum percommodum est te lexicon originale prae manibus habere et picturas ad singula vocabula spectantes aspicere posse. Vale semper, utinam diem Dominicum degas otio cum dignitate fruens. Medullitus te salutatur **Nicolaus Leo Latinus**.

Nicolao salutem Ansgarius

Quidquid volueris, interroga! etiamsi minus peritus, quam censes, rerum technicarum sum.

Nicolaus Ansgario s.

Supplementum ad OPH spectans:

Mitto tibi tria exempla glossarum. Quid sentis de iisdem? Placentne an displicent? Suntne intellegibiles? Suntne sat an nimis prolixae? Quid est addendum, quid est auferendum? Vale semper, N.

agricultūra intēnsīva

96,98

intensive Landwirtschaft – intensive farming – agriculture intensive – agricultura intensiva – agricoltura intensiva

Agricultura intensiva (res huic contraria est agricultura *extensiva*). Pleraque agricultura commercialis est plus minusve intensiva. Hoc genus agriculturae insignis est frequenti usu laetaminum artificialium, venenorum pesticidalium, necnon substantiarum, quibus crescentia plantarum regulatur. Carnes, producta lactaria, ova, poma, holera, quae in supermarketibus prostant venalia, fabricantur talibus in praediis, ubi fit agricultura intensiva.

ahēnum, -ī n.

556

Kessel – shell – fût – concha – caldaia

Ahenum est pars instrumenti musici, quod appellatur *tympanum ahenatum*. Idem instrumentum constat ex aheni cupreo fere hemisphaerico, cui supertensa est pellis aut artificialis aut naturalis. Aheni media pars inferior est perforata. Instrumento inest mechanismus, quo pellis tendi potest intensitate varia, ut – contra ac in tympana simplici – altitudo toni possit variari.

ahēnum reāctōriāle

799

Reaktorkessel – reactor vessel – calandre – calandria – recipiente del reattore

Ahenum rectoriale est pars maximi momenti, quodammodo cor nucleare, *electricinae atomicae* sive *nuclearis*. Cui insunt nucleus reactorii cum tubulis nuclearibus. Aheni autem rectoriali nucleus refrigeratur et impeditur, ne exeant substantiae radioactivae.

Am 09.05.2022 um 10:34 schrieb Oscar W:

Nicolao salutem Ansgarius,

Gratias tibi ago pro praelibatione glossarum Orbis picti hexagloti. Explicationes facile intelliguntur, utpote quae non nimis longae nec breviores sint. Vocabulum novum supermarketis placet. Ad hanc rem significandam solet enim, ut probe scis, apud fautores latinitatis vivae, vocabulum macellum adhiberi. Supermercatus autem facilius comprehenditur, nam macellum fortasse potius locum significat, ubi obsonia varii generis sub divo venduntur. Sed quid sibi vult vocabulum anglicum *supermarket*? Maximus mercatus aut fortasse mercatus maxime mercatorius? Praepositio autem *super* locum superiorem significat, ni fallor. Et anglice et latine hoc vocabulum ambiguitatem praebet. Nihilo secius, apud Eichenseer et Helfer invenimus vocabulum *supervenalicium*, eadem ratione fictum. Haud veri simile est, tres philologos germanicos erravisse. Ergo, iam supermarketum petamus, obsonandi causa! Vale!

Nicolaus Ansgario s.

Gratias pro commentatiunculâ. Neque *supervenalicium* neque *macellum* satis apta sunt nomina. Caelestis Eichenseer magister meus Latine loquendi et scribendi, qui de Latinitate vivâ optimê meritis est, nomen *supervenalicii* confinxit parum feliciter. Interdum dormitat etiam bonus Homerus. Noluit praefixum *super* coniungere cum substantivo ad sensum superioritatis exprimendum, quia putavit nulla esse exempla huius modi in litteris Latinis traditis.

Sed 1) exstant substantiva, q.s.: *superabundantia* i.q. abundantia maior, *superpondium* i.q. pondus, quod est supra pondus permissum, *supertegulum* i.q. tectum, quod est supra aliam rem

2) "**mercatus**" ducitur a verbo temporali, q.e. *mercari*, *mercor*, *mercatus sum*

Ecce exempla verborum temporalium, quae coniunguntur cum praefixo *super* et habent sensum superioritatis: *supersapere* est i.q. perbene sapere, melius sapere quam cibi alii. *superabundare* est i.q. magis abundare aliquâ re quam aliae res.

***supermercātus**, -ūs m.

Caelestis Eichenseer non ausus est hoc nomen, quod subest verbis omnium quinque linguarum supra allatis, in sermonem neolatinum introducere. Qui proponit verba quae sunt "superinstitorium" et "supervenalitium", quae ambo mihi parum placent, quia sunt originaliter adiectiva. Causam, quâ Caelestis ipse verecundatur fingere formam "supermercatus". affert **Zythophilus** loco infra allato: in Latino sermone antiquo vix ullum exstat substantivum, cui est praefixum "super-", nisi derivata sunt a verbis temporalibus. At ipsum verbum "mercatus" antiquum etiam derivatur a verbo temporali! "Mercatus enim ducitur a mercando (mercari, mercor, mercatus sum). Itaque equidem audeo fingere substantivum "supermercatus" neolatinum. – Ceterum Zythophilus sentit praefixum "super" antiquum non significare aliquid extraordinarium, sed nihil nisi aliquid supra situm. In hac re errat Zythophilus: e.g. "supersapere" valet "perbene sapere", cfr TERTULLIANUS, De anima 18.

cfr <http://www.latein.at/phpBB/viewtopic.php?f=25&t=39503#p288771>

"***supermercatus**, -us m. ??? Das Problem bei diesem Wort ist, dass es im Lateinischen **fast keine Substantive außer von Verben abgeleitete gibt, die super als Element aufweisen**. Man könnte *superstitio* nennen, wo die Bedeutung des enthaltenen stare schon völlig verblasst ist, sonst nur *superficies*. Gerade bei diesem Wort hat *super* seine eigentliche Bedeutung und **sagt nicht im übertragenen Sinn aus, dass es sich um etwas Besonderes handelt. Ein Römer hätte sich, mit dem Wort supermercatus konfrontiert, zunächst gewundert, dann wohl auf einen "Obermarkt" geschlossen, den oberen Teil eines Marktes oder einen Markt, der sich oberhalb von etwas befindet**. Als Adverb gibt's *super* gelegentlich in der erwähnten Bedeutung, vor allem vor Adjektiven, wo es eine Art Steigerung ist, wenn ich die Stelle Aen. XI 226 (*super maestis* "mehr als traurig") mit dem Stowasser richtig deute."

Haec hactenus. Video te iam mihi aliquatenus iam assensum esse, sed spero argumentum meum supra scriptum si perlegeris, etiam firmiter tibi persuasum erit neologismum *supermercatus haud discrepare aut aberrare a vera Latinitate. **Vale semper, Nicolaus Leo Latinus**

EPISTULAS COLLEGIT LEO LATINUS

CORRIGENDA ET SUPPLENDA

ALBINUS FLACCUS DUTOYA

d.06. m.Maii h.22:38

Care Nicolae, nisi fallor aliquod mendum fecisti in ultima epistula: Titulum CCILX scripsisti loco CCLIX. EL tamen edidi, sed cum primum novam versionem emendatam mitteris, eam imponam. Optime vale. Albinus.

Nicolaus Albino sal.pl.

Summas gratias, care Albine! Numerum romanum falso scripseram. En novum archivum EL 259 nova: ibi numerus est correctus, cetera omnia sunt eadem ac in EL 259. Haec hactenus. Pancratice vale et perge mihi favere et vive feliciter! Medullitus

Nicolaus Leo Latinus

ECCE LIBRI LEONIS LATINI

Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.

Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:

- 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... 49,00 €
- 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... 42,00 €
- 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... 45,00 €
- 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... 25,00 €
- 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... 22,00 €

PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».

GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.

Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.

Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.

Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EΙΣ AEI.

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandataelae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI-TUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA- Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE -Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	0040 4A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner- Eschenba ch	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

				Raelt					
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050 5A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060 5A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070 5A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIIUM	Karl Friedrich Kilmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040 6A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90


27	00506 A	978-3- 938905- 26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207 A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**



**HANC EPISTULAM LEONINAM
DUCENTESIMAM SEXAGESIMAM**



SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT

**Die Mercurii
11. m.Maii a.2022**



**Dr. Nicolaus Groß
LEO LATINUS
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**